Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Chirographorvm in Bibliotheca Academica Bonnensi servatorvm catalogvs

Qvo libri descripti svnt praeter Orientales relicvi

Gildemeister, Johann

Bonnae, 1858

urn:nbn:de:hbz:5:1-201082

Visual Library

H L

~~Inv.~~

4° 51ª / 364 (2) [H.C.]

CHIROGRAPHORVM
IN BIBLIOTHECA ACADEMICA BONNENSI
SERVATORVM CATALOGVS

VOLVMEN II

QVO LIBRI DESCRIPTI SVNT PRAETER
ORIENTALES RELICVI

CONPOSVERVNT

ANTONIVS KLETTE ET IOSEPHVS STAENDER

BONNAE
IN AEDIBVS EDVARDI WEBERI
1858—1876

51.10116 Ex. 2

Universitäts-Bibliothek
Bonn

VIRO · VNICO

FRIDERICO · RITSCHELIO

SEPTVAGINTA · VITAE · PRAECLARAE · ANNOS

ANTE · DIEM · VIII · IDVS · APRILES

ANNI · MDCCCLXXVI

FAVSTE · FELICITER · FORTVNATEQVE · PERACTOS

EX · ANIMO · CONGRATVLANTVR

SCRIPTORES · PIENTISSIMI

FRIDERICO RITSCHELIO S. P. D. Antonius Klette Ienensis et Iosephus Staender Monasteriensis. Redit ad TE, praeceptor inconparabilis idemque amice paterne, die in paucis festo catalogi chirographorum Bonnensium volumen quod TVIS consiliis auspiciisque olim inchoatum, per varias opportunitates academicas ex parte evulgatum, nunc tandem ad finem est perductum. Quam opellam nostram — Klettianam usque ad paginam 159, Staenderianam deinceps —, quantumvis sicubi aliarum bibliothecarum lautas dapes conparaveris exilem et macram, tamen cum non inutilem aliis visum iri, tum gratissimam TIBI fore confidimus. Etenim sicuti ei qui disciplinae Bonnensis veri sunt alumni TVOque nomine digni sempiterno tenentur desiderio aerae TVAE Bonnensis cum academiae Bonnensis flore philologo bibliothecalique coniunctae, ita TIBI non invito memoria illa a nobis hodie revocabitur. Atque munus TVVM bibliothecale, susceptum a TE ante hos XXII annos ipsis Calendis Aprilibus, quamquam post duorum lustrorum et quod excedit spatium exitum praefractum habuit, tamen dici nequit, quantum valuerit ad universam rem bibliothecalem augendam et promovendam. Qua de re duplex fuit TVVM meritum: quoniam non solum TVO exemplo ostendisti, qualis praefectus bibliothecae esse et possit et debeat, sed etiam schola bibliothecali condita eorum iuvenum qui sese fingere ad hanc artem cupiebant usibus prosperrimo eventu consuluisti. TV igitur fecisti, ut recenti memoria esse omnino artem bibliothecalem intellegeretur et munera bibliothecalia tradi desinerent talibus qui 'artem didicerint' sive aliam quamlibet sive nullam. Vnde illud est consectarium, 'puros

putos' bibliothecarios litteris ope bibliothecarum promovendis maxime haberi idoneos. Quae ratio, quantumvis vel recentissimo tempore impugnata, prope tamen abest a communi assensu nec TVO exemplo redarguitur. Etenim TVAM virtutem qua eodem tempore et praeceptorum et bibliothecariorum facile palmam tulisti num unquam quisquam aequaverit aequaturusve sit nescimus: scimus non illam aequare nos *οἷοι νῦν βροτοί ἐσμεν*. Atqui quoniam his sex proximis annis duodecim bibliothecis — ut intra fines academicarum regni Germanici bibliothecarum nos continemus — praefecti sunt viri docti aliis non distracti muneribus: nimirum bibliothecis academiarum Argentoratensis, Berolinensis, Friburgensis, Gottingensis, Halensis, Heidelbergensis, Ienensis, Kiloniensis, Monasteriensis, Regiomontanae, Vratislaviensis, Wirceburgensis: habet profecto quid sibi gratuletur qui de bibliothecariis altero munere non cumulandis ante diem VI Calendas Martias anni 1871 commentatus est *ἀνωνύμως*. Ex illis autem quos modo enumeravimus nos qui hodie hunc libellum ad TE misimus, si temporum rationes respexeris, sumus primus et ultimus: utpote qui regimina susceperimus alter Ienense sextis abhinc Calendis Aprilibus, alter Monasteriense hoc ipso die. Vale nosque amare perge.

Dabamus praesente Guilelmo Brambachio Francofurti ad Moenum Calendis Aprilibus anni 1876.

CONSPECTVS

A LIBRI PHILOLOGICI.

I Scriptores Graeci cum commentariis 1—82; 533—560.

II Scriptores Latini cum commentariis 83—178; 561—574.

Scriptorum Graecorum et Latinorum supplementum 179—204.

III Inscriptiones. Historia litterarum. Grammatica. Antiquitates. Ars antiqua. Encyclopaedia. Opera et opuscula 205—262; 575—674.

Epistulae 675—711.

B LIBRI THEOLOGICI.

I Bibliorum libri. Isagoge 263—278; 712—717.

II Scriptores ecclesiastici 279—327; 718—733.

III Confessiones fidei. Antiquitates et historia ecclesiasticae. Historia pontificum, ordinum religiosorum monasteriorumque 328—359; 734—745.

IIII Vitae sanctorum et martyrum. Theologia dogmatica, moralis, polemica. Libri rituales et precum. Miscellanea 360—396; 746—755.

C LIBRI HISTORICI 397—450; 756—774.

D LIBRI IVRIDICI 451—476; 775—818.

E LIBRI MEDICI, HISTORICO-NATVRALES ET MATHEMATICI 477—498.

F LIBRI LINGVARVM RECENTIORVM MONVMENTA, GRAMMATICAM, HISTORIAM LITTERARIAM COMPLECTENTES 499—532; 819—835.

LIBRI PHILOSOPHICI ET MVSICI 836—842.

LIBRI VARII ARGVMENTI 843—850.

SVPPLEMENTVM 851—856.

INDEX RERVM ET NOMINVM.

TABVLA CODICVM CHRONOLOGICA.

A

LIBRI PHILOLOGICI.

I

SCRIPTORES GRAECI CVM COMMENTARIIS.

1 (312, 20). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, paginarum 47 numeratarum.

C. F. Heinrichii prolegomena in Homerum autographa.

Inscriptio: *prolegomena in Homerum.* Incipit: *Vorbegriffe über Homer und die homerischen Gesänge. Wir sind Willens* .... Explicit: *dass diese nicht von Anfang so angelegt sey, Wolf prolegg. 120 ff.*

2 (312, 26). 4°

Pars prior diatribae de diasceuastis Homericis, veterumque monumentorum diasceuasi. Scribebat Fr. Heinrich eloq. et ll. Gr. P. P. O. (Progr. Kil. anni 1807). 4°.

E libris C. F. Heinrichii qui in initio folium praefixit haec verba continens: *Caroli Friderici Heinrichii Prof. Kil. retractatio quaestionis de diasceuastis Homericis veterumque monumentorum diasceuasi.* Eiusdem habes et correctiones in textu quem vocant ipso factas et in fine quattuor additamentorum folia.

3 (310). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 52. Inscriptus est:

Homer und Troja. Omnis in Ascanio caro stat cura parentis. Iohann Gottlieb Naeke filio suo Augusto. Dresdae 1805.

Incipit: *Homer und Ilios. Einleitung: Es haben mehrere entweder gar leugnen* .... Explicit: *dadurch geschwächet werde.*

4 (309, r). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 40 quorum ultimum vacuum est.

Godofredi Hermanni scholae Homericae. Scripsit A. F. Naeke.

Incipit: *Homerus idem facillimus et difficillimus veterum scriptorum est* .... Expli-

cit: *et reliquias antiquissimorum poetarum.* Inest huic libro qui scriptus est Lipsiae intra annos 1806 et 1810 Godofredi Hermanni in librum undecimum Iliadis commentarius.

5 (301, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 62 quorum 2^{v}, 22^{v}, 26^{v}, 27^{v}, 53^{v} et 62^{v} vacua sunt.

A. F. Naekii scholae et dissertationes Homericae autographae.

Inscriptio Welckeri manu facta haec est: *Vorlesung über die Ilias in Halle 1817.* Incipit: *Ehe ich die neue Laufbahn betrete* .... Explicit: *dieselben zwei Verse* (Il. I, 103. 104). *Od. IV, 661. 662, wo s. Nitzsch.* Continet hoc volumen praeter introductiones scholarum quas Naekius et Halis a. 1817 et Bonnae conpluriens de Iliade habuit in libri primi versus 1—104 commentarium.

6 (301, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 101 quorum multa intercalaria formae minoris in pagina versa vacant scriptura.

A. F. Naekii scholarum et dissertationum Homericarum autographarum continuatio.

Inscriptio: *Hom. Ilias.* Incipit: *So ausgemacht es ist, dass die homerischen Gedichte das älteste sind* .... Explicit: *theils weil sie ihnen eine bequemere Gelegenheit gab, andre Helden vortreten zu lassen. Peroratio.* Commentarium in Iliadis lib. I et II confectum excipiunt disquisitiones quaedam ampliores veluti ‚über Göttererscheinungen' et non nulla quae ad librum tertium pertinent.

7 (301, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 151 quorum permulta vacua sunt in pagina versa.

A. F. Naekii scholarum et dissertationum Homericarum autographarum continuatio.

Inscriptio: *Ὁμήρου Ἕκτορος ἀναίρεσις.* Incipit: *Prima offensio est in XXII, 7* .... Explicit: *μερμήριξε δ' ἔπειτα O. XXIV, 234.* Huic volumini insunt duo in librum Iliadis XXII commentarii quorum prior lingua latina conscriptus est. Inserta est dissertatio de compositione carminum Homericorum. Deinde secuntur disquisitiones non nullae seorsum a ‚scholarum usu' elaboratae de versibus insiticiis, de rebus orthographicis et metricis.

8 (302, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 112 quorum magna pars formae minimae est.

A. F. Naekii scholarum et dissertationum Homericarum autographarum continuatio.

Incipit: *Angehängte kurze Vergleichung ohne Schlusssatz* . . . . Explicit: *Herm. ad Orph. p. 779.* Disquisitionem copiosam de structura grammatica similitudinum Homericarum excipiunt diversissimi argumenti conlectanea. In fine adiecta sunt eorum qui Naekii scholis Homericis interfuerunt Halis a. 1817, Bonnae a. 1829, 1832 et 1837 nomina autographa.

9 (302, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 77 quorum paginae numeratae sunt.

A. F. Naekii scholarum et dissertationum Homericarum autographarum continuatio.

Incipit: *a. Beweise, dass der Krieg schon eine Weile gedauert* . . . . Explicit: *ὃ οὐ δύο γ'ἄνδρε φέροιεν gemacht.* Versatur hic fasciculus in universa quae Iliade continetur narratione perlustranda, in detegendis emboliis et diversarum partium inter se discrepantiis.

10 (40, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, paginarum 403 numeratarum.

Fr. Aug. Wolf's Vorlesungen über Homers Odyssee.

Incipit: *Einleitung. Wir haben ein altes Werk vor uns*.... Explicit: *v. 542* (lib. 24) *ὁμοῖον der gleiche traurige Wirkung hat, also verderblich.* Hic liber scriptus manu incerta fuit C. F. Heinrichii qui marginibus non nulla adscripsit. In pagina secunda haec habes verba: *Was in der Einleitung von der spätern Entstehung der Odyssee nach der Iliade nur berührt wird, darauf ist in der Erklärung selbst allenthalben bestimmter hingewiesen, wo Spuren einer nochmaligen Bearbeitung, Merkmale fremder Hände, welche die alten Gesänge fortsetzten pp. im Zusammenhange der Begebenheiten, in der Sprache, den Vorstellungen und Kenntnissen zu bemerken sind. Hier liegt der Stoff zu dem zweiten Theile der Prolegg.* H.(EINRICH) *den 25. Novbr.* (17)*99.*

11 (1, c). 4°

Hymni Homerici cum reliquis carminibus minoribus . . . . illustravit Carolus David Ilgen. Halis Saxonum, e libraria Hemmerdeana. 1796. 8°.

E libris Ilgeni qui in chartis insertis non nulla adnotavit.

12 (1, d). 8°

Hesiodi Ascraei quaecunque exstant . . . . ex recensione Ioannis Clerici cum eiusdem animadversionibus. Accessere notae . . . . Amstelodami, apud P. Gallet. 1701. 8°.

E libris Th. Chr. Harlesii, *‚prof. Erlangens. 1765'*, qui adnotationes addidit.

13 (309, t). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 44 quorum 37^mum^ vacuum est.

Godofredi Hermanni scholae Hesiodeae. Scripsit A. F. Naeke.

Incipit: *Perpaucis Romanorum et Graecorum scriptoribus* .... Explicit: *et in characterem lyricum transierunt: perperam.* Continet hic liber qui scriptus est Lipsiae intra annos 1806 et 1810 in Hesiodi scutum Herculis commentarium, cui in fine adiecta est Homericae scuti Achillei descriptionis ex Iliadis libro 18 petitae enarratio.

14 (40, c). 8°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 39 quorum paginae versae vacuae sunt. Inscriptus est:

Burgesiana in Alcmanem et Sophoclem. Donum F. Th. Welckeri a. 1855.

Incipit: *Ammonius* .... Explicit: *ad aethera virtus.* Continentur huius libri foliis 1—22 ‚*G. Burgesii in Alcmanis fragmenta coniecturae*', deinde sequitur in foliis 9 eiusdem ‚*emendationum in Sophoclem specimen*', denique in foliis 8 lingua anglica scriptis ‚*additions to the specimen notes*'. In pagina prima extant Welckeri verba haece: *mitgetheilt in London 1844 zur Bekanntmachung im Rhein. Museum, die nicht erfolgt ist.*

15 (40, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 121.

Heyne's Vorlesungen über Pindar. Von Michael 1792 bis Ostern 1793. Von 5—6 Uhr Abends. Angefangen den 24. Octbr. 1792. (Nachgeschrieben von) Carl Friedrich Heinrich.

Incipit: *Einleitung. Pindars Begeisterung ist nicht*.... Explicit: *exigere iuventutem.* Continetur hoc libro in omnia Pindari carmina exceptis fragmentis commentarius.

16 (309, q). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 69 quorum tria postrema vacua sunt.

Godofredi Hermanni scholae Pindaricae. Scripsit A. F. Naeke.

Incipit: *Ex tot poetis*.... Explicit: *eaque re quasi religionem inculeret popularibus Arcesilai.* Inest huic libro qui scriptus est Lipsiae intra annos 1806 et 1810 G. Hermanni in Pindari Pyth. 1, 2, 3 et 4 commentarius uberrimus.

17 (1 v, a). 8°

Theognidis sententiae Graece. Lipsiae, apud C. G. Hilscherum. 1776. 8°.

Titulus deest. E libris Fr. Passovii, cuius manu textus quam vocant usque ad versum 336 constitutus est.

18 (1 v, aa). 8°

Emigrant und Stoiker. Die Sprüche des Theognis und die Satiren des A. Persius Flaccus. Deutsch von Wilhelm Ernst Weber. Mit Anmerkungen. Bonn, bei Adolph Marcus 1834. 8°.

E libris G. E. Weberi qui in chartis insertis passim adnotatiunculas adscripsit.

19 (310). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum et schedularum 521.

A. F. Naekii copiae Choeriliae autographae.

Incipit: *Die ersten Anfänge* .... Explicit: *χαιζονται παραβολαί.* Continet hic liber praeter schedas e quibus descripta est typis editio Choerili a. 1817 Lipsiae a Naekio publici iuris facta, varia conlectanea ad eundem poetam pertinentia et in 11 foliis postremis ‚*addenda ad Choerilum*' anno 1818 conlecta in quibus est epistola ab A. Meinekio ad Naekium data *Ged.* (ani) *mense Mart. 1818.*

20 (1 v, b). 8°

Aeschyli tragoediae. Nova editio accurata in usum praelectionum academicarum et scholarum. Lipsiae, sumt. Io. A. C. Weigelii. 1817. 8°.

E libris A. F. Naekii qui adnotationes passim adscripsit.

21 (208, a). 8°

ΑΙΣΧΥΛΟΥ ΤΡΑΓΩΙΔΙΑΙ Aeschyli tragoediae. Ex recensione Ricardi Porsoni passim reficta a Guilielmo Dindorfio. Lipsiae sumptibus et typis B. G. Teubneri 1827. 8°.

Huius libri margines A. F. Naeke emendationibus et adnotationibus complevit uberrimis in Septem adversus Thebas, Agamemnone et Eumenidibus fabulis, paucioribus in Prometheo et Persis.

22 (309, k). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 75.

Godofredi Hermanni scholae Aeschyleae. Scripsit A. F. Naeke.

Inscriptio: *Aeschyli Persae.* Incipit: *Ridiculum habet Sicbelis* .... Explicit: *καταχλύζειν proprie de undis obruentibus.* Insunt huic volumini scholae quas G. Hermannus de Aeschyli Persis (fol. 1—37) et de Septem adversus Thebas (fol. 38—75) Lipsiae habuit. Scriptum est intra annos 1806 et 1810.

23 (302, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 79 numeratorum, quorum magna pars in pagina versa vacat scriptura.

A. F. Naekii scholae Aeschyleae autographae.

Inscriptio: *Aesch. Prometh. Winter* (18)27—28. Incipit: *Was gewöhnlich zur Einleitung in ein Stück gesagt wird.* Explicit: *Frappant ist allerdings die Stelle wegen ihres Nachdrucks.* Continetur hoc libro introductio in scholas quas Naekius hieme a. 1827 de Aeschyli Prometheo vincto habuit et totius fabulae copiosa enarratio (fol. 1—53), deinde introductio in scholas de eadem fabula anno 1834 habitas (fol 54—57), denique distributio scenica omnium quae aetatem tulerunt Aeschyli et Sophoclis fabularum.

24 (302, d). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 99 formae diversissimae.

A. F. Naekii scholarum Aeschylearum autographarum continuatio.

Inscriptio: *Aeschyli Persae.* Incipit: *Dass die gr. Tragoedie aus den dithyr. Choeren ....* Explicit: *und Didymus noch später.* Insunt conlectanea varia ad scholas conpluriens Halis et Bonnae de Aeschyli Persis habitas.

25 (303, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 48, quorum 18 et 22 vacua sunt.

A. F. Naekii scholarum Aeschylearum autographarum continuatio.

Inscriptio: *Aeschyli Septem a. Th. Sommer* (18)33. Incipit: *Auf die Vorstellung, dass die Septem ....* Explicit: *Heind*(orf) *ad Hipp. mai. p. 166.* Apparatui scholarum in usum ad Aeschyli Septem adversus Thebas conlecto in fine adiectae sunt tres epistolae ab auditoribus ad Naekium de non nullis eiusdem fabulae locis missae.

26 (303, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 33.

A. F. Naekii scholarum Aeschylearum autographarum continuatio.

Incipit: *Zeus durch Hermes gewarnt ....* Explicit abrupte: *und ist gesprochen worden, ob aber ....* Huic libro qui conlectanea ad scholas saepius de Aeschyli Agamemnone habitas continet praefixus est eorum qui scholis per hiemem anni 1837—1838 interfuerunt index, cuius haec est inscriptio Naekii ipsius manu facta: *Aeschyli Agam. Winter 36—37. Namen der Herren Zuhörer und Vaterland.*

27 (303, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 15 quorum conplura ex parte vacua sunt.

A. F. Naekii scholarum Aeschylearum continuatio.

Inscriptio: *Aeschyli Eumenides. Winter* (18)23—24. Incipit: *Zu Grunde liegend über das Leben des Aeschylus ....* Explicit: *bald umschreibend. cf. 922.* Isagogen in Aeschyli Eumenides excipit priorum eius fabulae versuum 54 brevis enarratio. Praefixus est libro index eorum qui scholis de Eumenidibus fabula habitis interfuerunt aestate anni 1829.

28 (309, l). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 38, quorum 7^{mum} vacat scriptura.

Godofredi Hermanni scholae de Oedipo Coloneo Sophoclea habitae. Scripsit A. F. Naeke.

Inscriptio: *De editionibus Sophoclis.* Incipit: *Triplex est recensio.* Explicit: *Fuit chorus ut semper, non uno ictu, ut nostri finiunt tragoedias, sed fine quieto.* Scriptus est hic liber Lipsiae intra annos 1806 et 1810.

29 (303, e). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 70 quorum septimum vacuum est.

A. F. Naekii scholae autographae de Oedipo Coloneo Sophoclea habitae.

Inscriptio: *Soph. Oed. Col. Winter* (18)*26—27, zum zweiten mal Winter* (18)*30—1.* Incipit: *Es ist mir diesmal gleichsam vorgeschrieben* .... Explicit: *dann Theseus.*

30 (313, 37). 8°

Sophoclis Antigone. Ex recensione Brunckii cum eiusdem et Camerarii notis selectis. Curavit in usum scholarum et indice Graeco-Latino instruxit A. C. M.(einecke). Gottingae, sumpt. Vandenhoek et Ruprecht. 1788.

E libris C. F. Heinrichii qui chartas insertas adnotationibus instruxit.

31 (303, d). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 98 quorum 17, 53 et 56 vacua sunt.

A. F. Naekii scholae autographae de Sophoclis Antigona, Oedipo Rege, Aiace habitae.

Inscriptio: *Soph. Antig. mit Rücksicht auf Aeschyl. Septem. Winter* (18)*28—29.* Incipit: *Soph. Ant. und Aesch. Septem inhaltsverwandt.* Explicit: *Recte Suidas φιλοίκτιστον· θρηνητικόν, ὀδυρτικόν.* Inserti sunt huic libro conplures indices auditorum autographi.

32 (313, 36). 8°

Sophoclis Philoctetes e recensione Rich. Franc. Phil. Brunck cum commentario perpetuo Ioan. Henr. Koeppen. Pars I. Prostat in bibliopolio Brunsvigensi. 1788. 8°.

E libris C. F. Heinrichii qui in chartis insertis adnotationes adscripsit.

33 (44). 4°

Codex charteceus saeculi XVIIII foliorum 23.

Erklärung der Hecuba des Euripides von Herrn Prof. F. A. Wolf. (Nachgeschrieben von) Giesebrecht.

Incipit: *Der Unterschied zwischen der altgriechischen Poesie* .... Explicit: *das Ende durch die Spondäen sehr —? wird.* Ex Uhdeni libris qui publice venditi sunt Berolini anno 1836.

34 (303, f). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 54 quorum 26^{um} vacuum est.

A. F. Naekii scholae Euripideae autographae.

Incipit: *Euripidis vita* .... Explicit: *Aesch. Agam. 645. cf. ib. 991.* Disquisitionem

perbrevem de Euripidis vita, fabulis et fabularum editionibus excipit in Hecubam commentarius, inserta non nullarum eiusdem fabulae partium interpretatione metrica. In fine adiuncta sunt conlectanea ad Hippolytum et Cyclopem.

35 (309, s). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 18.

Godofredi Hermanni scholae de Euripidis Hercule furente habitae. Scripsit A. F. Naeke.

Incipit: *Quamquam Euripides in iis scriptoribus est* .... Explicit: *κόμιστρ' praemium portandi, portatio ipsa.* Scriptus est hic liber Lipsiae intra annos 1808—1810. cf. pag. 3.

36 (308, d). 8°

Aristophanis Acharnenses. Ex recensione Guilielmi Dindorfii. Lipsiae, libraria Weidmannia, G. Reimer 1828. 8°.

E libris A. F. Naekii cuius adnotationes extant et in marginibus et in tribus foliis in fine adiunctis.

37 (304, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 126.

A. F. Naekii scholae autographae de Aristophanis Acharnensibus habitae.

Inscriptio: *Aristoph. Acharn. Winter* (18)32—33. Incipit: *die verschiedenen Fragen* .... Explicit: *zwölfter Monat.* Conlectanea copiosissima ad Aristophanis Acharnenses tripartita excipit epitoma duarum dissertationum quarum altera est C. F. Rankii *de Aristophanis vita commentatio. Pars I. Lipsiae 1830 (Aristophanis Plutus. Rec. et expl. B. Thiersch),* altera Aug. Boeckhii: *vom Unterschiede der Attischen Lenäen, Anthesterien und ländlichen Dionysien. Berlin 1819 (Abhandlungen der Königl. Preuss. Academie der Wissenschaften aus den Jahren 1816—1817).* In fine adiectus est index auditorum anni 1828.

38 (42, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 157.

Fr. Aug. Wolfs Vorlesungen über die Wolken des Aristophanes.

Incipit: *Einleitung. Die Komoedie ist ein Gedicht, ihres Ursprungs...* Explicit: *nur eine Glosse.*

Hic liber scriptus manu incerta fuit C. F. Heinrichii.

39 (42, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII incuntis, foliorum 19.

Erklärung der Wolken des Aristophanes von Herrn Prof. (F. A.) Wolf. Nachgeschrieben von Giesebrecht.

Inscriptio: *Aristophanes Wolken.* Incipit: *Hermanns Vorrede pag. 19.* Explicit: *gemacht zu haben.* Ex Uhdeni libris qui publice venditi sunt Berolini a. 1836.

40 (309, n). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 37.

Godofredi Hermanni scholae de Aristophanis nubibus habitae. Scripsit A.F.Naeke.

Incipit: *Nullum genus poeseos est* .... Explicit: *für heute.* Scriptus est hic liber Lipsiae a. 1809. cf. fol. 5.

41 (304, d). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 19.

A. F. Naekii scholae autographae de Aristophanis nubibus habitae.

Inscriptio: *Aristoph. nubes.* Incipit: *Ueber die alte Komödie* .... Explicit: *und unten, wo Phid.*(ippides) *die neue Lehre praktisirt.* Continet hic liber et introductionem in nubes et commentarii fragmenta quaedam.

42 (308, b). 8°

Aristophanis aves. Ex recensione Guilielmi Dindorfii. Lipsiae in libraria Weidmannia. 1822. 8°.

E libris A. F. Naekii qui margines et undecim folia addita adnotatinibus complevit.

43 (304, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 49, quorum 2 et 47 vacua sunt.

A. F. Naekii scholae autographae de Aristophanis avibus habitae.

Inscriptio: *Aristoph. aves. Sommer* (18)35. Incipit: *Gegen die in der Kürze langweilige und unerspriessliche Einleitung* .... Explicit: *καὶ ἁπλῶς ὑποδέδεται.* Commentario in Aristophanis aves confecto inserta est refutatio commentationis Suevernianae quae inscripta est: *über Aristophan. Vögel. Berlin 1830. (Abhandlungen der Königl. Preuss. Akademie der Wissenschaften aus dem Jahre 1827).* In fine additus est index auditorum.

44 (308, c). 4°

Aristophanis ranae. Ex recensione Guilielmi Dindorfii. Lipsiae, libraria Weidmannia G. Reimer. 1824. 8°.

E libris A. F. Naekii qui adnotationes adscripsit.

45 (304, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 146 formae diversissimae, quorum permulta magna ex parte vacua sunt.

A. F. Naekii scholae autographae de Aristophanis ranis habitae.

Inscriptio: *Arist. Ran. Sommer* (18)30. Incipit: *Ol. XCIII=406* .... Explicit: *zu 199: nub. fin. Vesp. 1434.* Continetur hoc libro ad ranas commentarius variis temporibus

conlectus, cui insertas habes de eiusdem fabulae locis quibusdam epistolas ad Naekium datas et indices auditorum. cf. fol. 23. 114—119. 122. 124—126.

46 (1 v, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, paginarum 29 numeratarum.

Aristophanis Ecclesiazusae ex codice Monacensi post Rigleri collationem in Dobraei usum factam denuo multoque accuratius collatae cum editione Invernizii, in usum Bernardi Thierschii a Iosepho Muellero. a. 1830 vertente.

Incipit: *Aristophanis Ecclesiazus*(ae). *Cod. msptus* .... Explicit: *περιστερὰ*. Codicem Monacensem no. 137 descriptum habes apud Hardtium tom. II, 101: *chartaceus, charta candida et laevi, titulis, initialibus et nominibus miniatis, literis minutis et tersis, in folio et foliis 127, scriptus a Mich. Apostole, cum quibusdam correctionibus marginalibus, possessus a quodam Georgio, saec. XV, bene conservatus et inscriptus.*

47 (304, e). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 18 quorum 5 et 15 vacua sunt.

A. F. Naekii scholae autographae de bucolicis Graecorum poetis habitae.

Incipit: *Is. Ttzetzes περὶ γένους* . . . Explicit: *Daphnis iam magis languescere anfange.* Continet hic liber praeter non nulla quae ad universam Graecorum poesin bucolicam spectant enarrationem carminum Bioncorum quattuor (1. 12. 9. incert. 6 Ahr.) et Theocritei primi. In fine addita est epistola a M. Mohrio ad Naekium data de Theocriti carm. I, 51 (Ahr.).

48 (4, v). 4°

Theocriti reliquiae utroque sermone cum scholiis Graecis et commentariis integris Henrici Stephani . . . . addidit Io. Iacobus Reiske. Viennae et Lipsiae, sumt. Io. Frid. Iahn. 1765. 4°.

E libris Theoph. Christ. Harlesi qui passim adnotationes adscripsit.

49 (309, p). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 45, quorum 27, 28ʳ et 40ʳ vacua sunt.

Godofredi Hermanni scholae Theocriteae. Scripsit A. F. Naeke.

Incipit: *Ante Valckenarium sine ratione in Theocrito dubitarunt*.... Explicit: *ἀφιχνεῖ redi.* Continetur hoc libro qui scriptus est intra annos 1806 et 1810 Godofredi Hermanni in Theocriti carmina 1, 2, 4, 5, 14 et 15 commentarius satis copiosus.

50 (4, v). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 15.

Bionis Smyrnaei carmina graece.

Inscriptio: *ΤΑ ΤΟΥ | ΒΙΩΝΟΣ | ΤΟΥ | ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ | ΣΕΣΩΖΟΜΕΝΑ | ΑΠΑΝΤΑ.* Incipit: *ΒΙΩΝΟΣ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ | ΕΙΔΥΛΛΙΑ. | Α. Επιταφιος Αδωνιδος. | Ἀιαζω τον Ἄδωνιν* . . . . Explicit: *χρεσσονα ποιει.* | *ΤΕΛΟΣ | ΤΩΝ ΤΟΥ ΒΙΩΝΟΣ | ΕΙΔΥΛΛΙΩΝ.*

Subscriptio: *ΤΑΥΤΑ | ΤΑ | ΒΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ | ΕΙΛΑΛΑ | ΕΓΩ | ΕΙΡΕΝΑΙΟΣ ΓΕΩΡΓΙΟΣ ΠΟΛΥΚΟΡΥΣ | ΑΝΘΡΑΚΕΥΣ | Ο ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΣ | ΕΓΡΑΨΑ | ΠΑΣΗ ΣΥΝ ΣΠΟΥΔΗ | ΧΡΗΗΡΛΔ* | (1750).

51 (5, a). 8°

ΙΣΑΑΚΟΥ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΤΖΕΤΖΟΥ ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΥΚΟΦΡΟΝΑ. Lectionibus editionis Sebastianae variis .... indicibus instruxit uberrimis M. Christ. Gottfried Mueller. Volumina tria. Lipsiae, sumt. F. C. G. Vogelii. 1811. 8°.

E libris Fr. Passovii qui codicis Rehdigerani (cf. Wachleri Rehdiger pag. 49) nondum conlati scripturas in margine adscripsit. Eiusdem de codice ipso verba extant apud Bachmannum in praefatione pag. 32: *codex chartaceus, in forma quaterna diligenter et nitide exaratus, foliis 57 prioribus complectitur Lycophronis Cassandram ipsam cum glossis praecipue ab initio in margine et inter versus satis frequentibus, ab eadem, ut videtur, manu profectis. Folia reliqua 113 continent graecam Lycophronis expositionem. Lectiones praecipue cum Codd. Vat. 117. 916. 972. 1421 consentiunt; interdum etiam cum Seldeniano.*

52 (308, n). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 132, quorum 76 et 101 vacua sunt.

A. F. Naekii copiae Callimachiae autographae.

Incipit: *De Euph*(orione) *et Diomedis testimonium exstat* .... Explicit: *et similibus egi de caes*(ura) *pr.*(iapeia) *p. ε.* Continet hoc volumen ‚*annotationes ad disquisitionem de Aetiis, dissertationi de Hecale subiectam, sed alio tempore seorsim ponendam*', ‚*de Callimachi ubertate dissertationem*', ‚*varia in Callimachum*' et varia conlectanea et ad Callimachum ipsum et ad Oppianum Nicandrumque spectantia.

53 (308, o). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 52, quorum 6, 7 et 33 vacua sunt.

A. F. Naekii copiarum Callimachiarum autographarum continuatio.

Incipit: *In calce impressit ex archetypo Antonius Miscominus. Familiares quidam recognouere. Politianus ipse.* Explicit: *non plus notarum est.* Insunt excerpta varia e libris quibus loci Callimachii tractantur, praeterea ‚*lectiones et emendationes in volumen I (Analectorum)*' et miscella quaedam.

54 (309, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 64.

A. F. Naekii copiarum Callimachiarum autographarum continuatio.

Incipit: *Prolog.* Explicit: *φιλοξενίης p.* 387. Insunt e diversissimis libris excerpta ad Callimachum pertinentia.

55 (309, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 202, quorum multa vacua sunt.

A. F. Naekii copiarum Callimachiarum autographarum continuatio.

Incipit: *Valckenari diatribe* . . . . Explicit: *die sehr weit von einander abstehen.* Insunt excerpta diversissima ad Callimachum, Catullum, Tibullum, Propertium pertinentia.

56 (5, b). 4°

ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ ΘΗΡΙΑΚΑ. Nicandri theriaca. Interprete Io. Gorraeo Parisiensi. Parisiis 1557. 4°.

E libris Petri Burmanni cuius passim extant adnotationes.

57 (308, k). 4°

De Nonno imitatore. Scripsit Aug. Ferd. Naeke. (Index praelectionum in univ. Frid. Wilhelmia Rhenana per menses aest. a. 1835 habendarum.)

E libris A. F. Naekii qui in marginibus et chartis insertis additamenta innumera adscripsit. Denuo editus est hic commentariolus non mutatus Naekii opusculorum philologicorum vol. I pag. 223—234. (Bonnae 1842.)

58 (313, 4o). 8°

Musaei de Herone et Leandro carmen. Recognovit et annotationibus instruxit Carol. Frider. Heinrich. Hannoverae, apud Christ. Ritscher. 1793. 8°.

E libris C. F. Heinrichii cuius adnotationibus et margines repleti sunt et 20 folia in fine addita. Praeterea adiunctus est huic volumini nunt. Gott. anni 1793 fasciculus 166 recensionem editionis Heinrichianae continens.

59 (1 v, d). 8°

Chrestomathia Graeca poetica quam curavit et animadversionibus illustravit Theoph. Christ. Harles. Addita Aristophanis comoedia Plutus. Coburgi, sumt. et lit. Findeisenianis. 1768. 8°.

E libris Harlesi cuius multa in margine extant additamenta.

60 (309, o). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 23 quorum duo postrema vacua sunt.

Incerti scholae Herodoteae. Scripsit A. F. Naeke.

Inscriptio: *Herodotus.* Incipit: *geb. 484 J. vor Chr.* . . . Explicit: *in talibus cum optativo commutes.* Continet hic liber qui scriptus est Lipsiae intra annos 1806 et 1810 in libri Herodotei primi capita priora 46 commentarium.

61 (2). 8°

Xenophontis Atheniensis scripta in usum lectorum . . . . illustrata a Benjamin Weiske. Vol. V. Oeconomicum, convivium, Hieronem, apologiam Socratis et memorabilia continens. Lipsiae, sumtibus Caspar Fritsch. 1802. 8°.

E libris I. G. Schneideri qui hoc ipsum exemplar instruxerat operis tradendum editionis adparandae caussa quae prodiit Lipsiae a. 1805 s. t. *Xenophontis oeconomicus, convivium, Hiero, Agesilaus. Recensuit Io. Gottlob Schneider Saxo.* In fine Hieronis (pag. 206) extant Schneideri verba haece: *von hier bis zu Ende bleibt weg und kommt die andre Lage von Agesilaus dafür.*

62 (313, 38). 8°

ΑΝΑΒΑΣΙΣ ΚΥΡΟΥ. Xenophontis de expeditione Cyri minoris commentarii e recensione et cum notis selectis Thomae Hutchinsoni. Accesserunt libelli Xenophontei de republica Lacedaemoniorum et Atheniensium cum indice graecitatis. Lipsiae, apud E. B. Schwickertum. 1775. 8°.

E libris C. F. Heinrichii qui adnotationes et emendationes adscripsit paucas in expeditione Cyri, permultas in libellis de republica Lacedaemoniorum et Atheniensium ad quos spectant quoque 18 folia in fine adiuncta.

63 (304, g). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 23 quorum quartum vacuum est.

Aug. Ferd. Naekii scholae autographae de Platonis apologia Socratis habitae.

Incipit: *Σ(ωκράτης) Σωφρονίσκου. . . .* Explicit: *Passow Lexicon.*

64 (308, e). 8°

Platonis dialogus ΙΩΝ. Prolegomenis vindicavit et brevi annotatione explicuit Greg. Guil. Nitzsch. Lipsiae, I. C. Hinrichs. 1822. 8°.

E libris A. F. Naekii qui et in marginibus adnotationes adscripsit et unum folium adiunxit item observationibus repletum.

65 (313, 39). 8°

Platonis Menexenes et Periclis Thucydidei oratio funebris. Recensuit et animadversionibus illustravit Io. Christ. Gottleber. Lipsiae, sumt. E. B. Schwickerti. 1782. 8°

E libris C. F. Heinrichii qui in chartis insertis adnotationes sat multas adscripsit. In fine addidit commentariolum octo foliorum de orationibus funebribus *λόγοι ἐπιτάφιοι* inscriptum.

66 (3). 4°

Codex membranaceus saeculi XIIII, foliorum 201, linearum 24, litteris initialibus rubris vel caeruleis usque ad folium 179, nitide scriptus.

Aristotelis scripta quaedam latine.

Insunt huic volumini haece. a. fol. 1—107r: *metaphysica.* Incipit: *omnes homines natura scire desiderant. . . .* Explicit: *ut quidam dicunt: neque haec esse principia.* Sub-

scriptio: *explicit metaphysica aristotelis. de nova translatione.* — b. fol. 108—144: *de anima libri.* Incipit: *Bonorum et honorabilium notitiam opinantes. ...* Explicit: *quatenus significe tquid alii.* — c. fol. 145—158r: *de sensu et sensato.* Incipit: *Quoniam autem de anima. ...* Explicit: *et de sompno et vigilia.* — d. fol. 158v—162: *De memoria et reminiscentia.* Incipit: *De memoria. . . .* Explicit: *et propter quam causam dictum est.* — e. fol. 163—174r: *De somno et vigilia, insomniis et divinatione per somnum.* Incipit: *De somno autem et vigilia.* Explicit: *De ea quae in sompniis est divinatione dictum est.* — f. fol. 174r—177r: *de iuventute et senectute.* Incipit: *de iuventute autem et senectute.* Explicit: *quo autem modo et qualiter . . . magis.* — g. fol. 177r—185: *De respiratione.* (Inscriptio: *de inspiratione et respiratione*). Incipit: *De respiratione autem. . . .* Explicit: *de vita igitur et morte et de agnatis huius speculationis fere dictum est de omnibus.* — h. fol. 186—189r: *De longitudine et brevitate vitae.* Incipit: *De eo. . . .* Explicit: *de animalibus methodus.* — i. fol. 189v—201: *libri de plantis.* Incipit: *Vita in animalibus et plantis inventa est. . . .* Desinit in libri II capite 4.

67 (45). fol.

Codex chartaceus saeculi XV, foliorum 308 quorum 75—77 et 91 vacua sunt, diversis manibus pessime scriptus.

In Aristotelem commentarii.

Continet hic liber qui fuit Carmeli Boppardiensis et gymnasii Confluentini quaestiones in scripta Aristotelica haece. a. fol. 1—74: *in physica.* Incipit: *Cum omnia quidem sint.* — b. fol. 78—90: *in lib. de caelo et mundo.* Incipit: *circa initium primi libri de celo et mundo . . .* — c. fol. 92—116: *in lib. de generatione et corruptione.* Incipit: *Circa primum de generatione et corruptione moneo . . .* — d. fol. 117—140: *in meteorologica.* Incipit: *Vt corpus simus mole ad formam mixti . . .* — Insertus est liber typis descriptus: *Quaestiones dignissimae de anima editae ab . . . Thoma de Aquino.* (s. l.). *1472. fol.* — e. fol. 141—172r: *in lib. de anima.* Incipit: Vtrum inter partes ... — f. fol. 172v—187: *in naturalia parva.* Incipit: *Quaeritur primo utrum praeter ea . . .* — g. fol. 188—282: *in metaphysica.* — h. fol. 283—308: *metaphysica latine.* Incipit: *omnes homines natura scire desiderant. . . .* Subscriptiones transscripsisse sufficiat hasce: (fol. 74r) *Ego frater Dietherus Billiger de Darmstad alias dr̄s de Worma scripsi magno labore, finici Colonie . . . anno Dm. CIↃIIII sexagesimo.* Additum est atramento rubro: *frater Wernherus est possessor huius libri.* Sequitur: *tabula quaestionum super libros physicorum* in cuius fine (fol. 74v) extant haec: *Explicit per Wēdellinū Hyrtzhorn tunc temporis Erffordie degentem . . . ab universitate anno 1491.* — (fol. 172r): *Est hoc de libro de anima per manum fratris Wernheri de Hirtzhorn XVII die kalendas februarii anno 1472.*

68 (113, 12). 8°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 18.

C. F. Heinrichii notata ad Isocratem autographa.

Incipit: *1. oratio Areopagitica . . .* Explicit: *Dahin schrieb ihm Paullus Manutius. Epist. l. IV. 44.* Scriptus est hic liber annis 1808—1821.

69 (311, 13). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 70 quorum 37^{mum} vacuum est.

Demosthenis orationes Olynthiacae correctae et annotationibus instructae in usum studiosorum. Accedit collatio codicis msti Demosthenici ex libro Lindenbrogiano bibliothecae publicae Hamburgensis. Editor Carolus Frid. Heinrich, Prof. Kiliensis.

Incipit: *Exordium, nonnullis mutatis . . .* Explicit: *vide Ruhnken. ad Timaeum p. 91. b.* Continetur hoc volumine Heinrichii commentarius criticus ad orationem Olynthiacam primam et secundae paragraphos 23 priores diligentissime elaboratus. Hunc excipit disquisitio de ordine orationum Olynthiacarum, excerpta nonnulla ex Lucchesinii editione Romana a. 1712, et ‚*miscella in Demosthenem.*' Deinde sequitur in orationes Olynthiacas I et II collatio codicis Lindenbrogiani enotata ex exemplari Hamburgensi de quo cf. I. Th. Voemelii notitia codd. Demosth. I, 12 (Fref. a. M. 1833) et A. G. Beckeri Literatur des Demosthenes II, 223 (Quedl. et Lips. 1834). Agmen claudunt varia conlectanea ad Demosthenis orationes spectantia. In primo folio extant post inscriptionem quam supra transscripsimus haece Heinrichii verba consilium editionis futurae complectentia: *Epistola editoris ad Birgerum Thorlacium, universitatis literarum Hafniensis Prof. . . . Textus Graecus cum annotatione subiecta. Corollaria, auctaria, epimetra . . .*

70 (311, s. b). 4°

Demosthenis oratio in Midiam. In usum praelectionum edidit. Ge. Lud. Spalding. Berolini, sumpt. Aug. Mylii. 1794. 8°.

E libris C. F. Heinrichii qui in margine adscripsit conlationem codicis Lindenbrogiani. (cf. n. 69). Praeterea folia inserta oppleta sunt eiusdem Heinrichii observationibus innumeris.

71 (311, s. a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 48 quorum 29, 31 et 36 vacua sunt.

C. F. Heinrichii introductio autographa in scholas de Demosthenis in Midiam oratione habitas.

Inscriptio: *In Demosthenis Midianam. Privatum 4 Stunden, Sommer 1808. 1818.* Incipit: *Die attische Beredtsamkeit . . .* Explicit: *parum recte Ernestus in indice Graeco addit: ‚inchoata, imperfecta.'*

72 (6 v, a). 8°

Cononis narrationes quinquaginta et Parthenii narrationes amatoriae. Gottingae, typis Io. Christ. Dieterich. 1798. 8°.

Fuit hic liber I. G. Schneideri et Fr. Passovii. Schneiderus adnotationes non nullas adscripsit in marginibus.

73 (6). 4°

Codex membranaceus saeculi circiter XIII, foliorum 86, linearum 38, litteris initialibus caeruleis, figuris rubris nitidissime pictis.

Euclidis elementorum libri XV latine.

Inscriptio: *LIB. I.* Recentior manus addidit: *Euclidis Mathematici lib. 15.* Incipit: *Punctum est cuius nulla est pars. linea est longitudo sine latitudine.* Explicit: *in una superficie. sed mittatur de aliis.* Desinit hic liber qui fuit academiae Duisburgensis in libri 15 propositione sexta. Quae in extrema pagina scripta erant, deleta sunt.

74 (5 v, a). 8°

Marci Antonini philosophi commentarii quos ipse sibi scripsit. Lipsiae, sumtu E. B. Schwickerti. 1775. 8°.

Fuit hic liber I. G. Schneideri et Francisci Passovii. In primo folio extant haece: *contuli cum codice Gudiano* (Gud. gr. 77, Eb. no. 31) *a Lessingio in symbolis descripto, cuius lectiones egregiae sunt.* SCHNEIDER 1793. *Aus J. G. Schneiders Bibl. Von seiner Hand ist alles beygeschrieben.* PASSOW.

75 (5 v, b). 8°

Menandri rhetoris commentarius de encomiis ex recensione et cum animadversionibus A. H. L. Heeren. Praefixa est commentatio. ... Gottingae, litteris Io. Christ. Dieterich. 1785. 8°.

Fuit hic liber I. G. Schneideri et Fr. Passovii. Schneiderus a. 1803 scripturas adscripsit libri Gudiani 14 nondum conlati de quo haec habes apud Ebertum (no. 574): *chart. in folio sec. XVI ineunte Venetiis exaratus.*

76 (6 v, b). 8°

Hephaestionis Alexandrini enchiridion ad mss. fidem recensitum cum notis variorum curante Thoma Gaisford. Oxonii e typographeo Clarendoniano. 1810. 8°.

Huic libro Fr. Passovius conlationem codicis Rehdigerani (cf. Wachl. Rehd. p. 38) a se factam adscripserat, quam dolendum est paene integram deletam esse. Extant hae de re in fronte libri haec Welckeri verba: *durch den Buchbinder Desclabissac ist die von Passow angefertigte Collation des Rehdigerschen Codex, wegen deren das Exemplar gekauft war, vernichtet worden. 8. May. 1840.* Scripturas codicis Rehdigerani plerumque conspirare cum eo libro e quo editio Iuntina anni 1526 edita est vel sic cognosci potest.

77 (312, 25). 8°

Georgii Gemisthi Plethonis et Michaelis Apostolii orationes funebres duae in quibus de immortalitate animi exponitur. Nunc primum e msc. edidit Georg. Gustav Fuelleborn. Lipsiae, sumtu E. B. Schwickerti. 1793. 8°.

E libris C. F. Heinrichii qui novam editionem paraturus praeter tria folia praefixa quorum primum continet *Gemisti Plethonis orationis funebris* initium latine conversum,

secundum ‚*praefationem ad I. E. Scheibelium*', tertium rationem qua editio adornanda sit, conlationem novam in margine addidit eiusdem codicis Rehdigerani chartacei saeculi XV scripti manu Antonii Damilae, Michaelis Apostolii, aliorum, e quo has orationes primus edidit Fuelleborn ius. Ipsius Heinrichii extant haec verba in pag. 11: ‚*codicem msptum Vratislaviensem accuratius cum hac editione contuli mense Novembri 1800 et quae inde redundarunt in margine adnotavi*', nec desunt adnotationes criticae et exegeticae. Quae praeterea codex Rehdigeranus continet videsis in pag. 9 et apud Wachlerum Rehd. pag. 42 sq.

78 (7). 8°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 72 quorum 4 et 5 vacua sunt.

Ioannis Alexandrini cognomine Philoponi de usu astrolabii eiusque constructione libellus. E codd. msc. Regiae bibliothecae Parisiensis primus edidit et latine vertit H. Hase ph. D., marmorum Dresdensium regius custos.

Incipit: Praefatio. *Diu delituit in Europae ditioribus bibliothecis.* . . . Explicit: *ἀποστάσεις τῶν πλανήτων.* Ex his ipsis schedis manu H. Hasii exaratis publici cuius factus est Ioannis Alexandrini libellus musei Rhenani a Welckero Nackioque editi vol. VI. pag. 127—171 (1839). Interpretatio latina quam addidit Hasius typis non est descripta sed atramento rubro inducta, ita tamen ut etiam nunc commode legi possit.

79 (9). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 12.

Εὐσταθίου ἔτι ἐν διακόνοις ὄντος πρόλογοι τῶν Πινδαρικῶν παρεκβολῶν.

Incipit: *Ἅπαντι μὲν ποιητῇ* . . . Explicit: *καὶ εἰδόσι τὰ τῶν Μουσῶν στεφανώματα.* Hic liber descriptus manu incerta e codice Basileensi (cf. Haenelius catalogi librorum manuscriptorum . . . Lipsiae, 1830 pag. 531) fuit Francisci Passovii. Edidit opusculum Eustathii ex illo codice post Tafelium (Eustathii metropolitae Thessalonicensis opuscula ... Francofurti 1832) Schneidewinus (Eustathii prooemium commentariorum Pindaricorum. Gott. 1837). In nostro apographo ipsius Passovii manu adscriptae sunt praeter numeros paginarum codicis et editionis Tafelianae adnotationes non nullae.

80 (9 v). fol.

ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ. Hesychii dictionarium. Venetiis in aedibus Aldi et Andreae soceri mense Augusto 1514. fol.

E libris C. Lachmanni. Vsque ad folium 12 nova codicis Marciani conlatio adscripta est manu Imm. Bekkeri. Inspectus est hic liber nuper a Mauricio Schmidtio cuius cf. add. ad Hes. vol. I.

81 (4 v, c). 8°

ΜΥΘΟΙ ΑΙΣΩΠΕΙΟΙ. Fabulae Aesopicae . . . cum fabulis Babrii choliam-

bicis collectis omnibus et Menandri sententiis singularibus . . . emendavit Io. Gottlob Schneider Saxo. Vratislaviae, sumtibus librariae Io. Frid. Korn. 1812. 8°.

Fuit hic liber I. G. Schneideri et Fr. Passovii. Schneiderus in fabulis adnotationes passim adscripsit, in Menandri autem sententiis monostichis conlationem codicum Vindobonensium 3 et 4 a se factam qua usus est A. Meinekius. Praefationis pag. 13 et 14 extant praeterea in margine Schneideri de libris Vindobonensibus verba eadem quae „*e schedulis Schneideri*" Meinekius publici iuris fecit (Menandri et Philemonis reliquiae. Berolini 1833. praef. pag. XI), paucissimis mutatis.

82 (10). fol.

Codex membranaceus saeculi XVIIII, folii singularis.

Die genaue Durchzeichnung des alten Bruchstückes eines griechisch-lateinischen Glossarii in Köln. Vom Prof. und Bibliotheksecretair D. S. C. Th. Bernd. Bonn 1836.

Incipit: *(ΠΑ)PAXIMAΣEI (ΠΙ)BERNATHIEMAT* . . . Explicit: *ΠAPOIMEIA PROBERBIUMADAGIOAMBITIO.* Hoc folium accuratissime delineatum e fragmento Coloniensi bibliothecae Bonnensi dono dedit Theodorus Berndius. Idem ab eodem uberrime enarratum reperies musei Rhenani a Welckero Naekioque editi vol. V (1837) pag. 301—329. Glossarium cuius unum hoc extat fragmentum scriptum videtur esse saeculo V vel VI.

II

SCRIPTORES LATINI CVM COMMENTARIIS.

83 (11, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVI inelegantер scriptus, foliorum 55.

Plauti Aulularia cum miscellis quibusdam.

Huic libro cui praefixa est Salusti editio Argentoratensis anni 1512 et Ioannis Reuchlin scaenica progymnasmata (Tubingae 1512) insunt:

a) fol. 1—35. *Plauti Aulularia.* Folium primum continet excerpta quaedam e Diomede et personarum nomina una cum eorum interpretatione. Folium secundum incipit ab argumento non acrosticho: *S(enex) avarus* . . . quod excipit argumentum acrostichum et fabula ipsa. Explicit: *et si fabula perplacuit clare plaudite.* Per totam fabulam extant adnotationes litteris minutissimis scriptae in margine et inter lineas. Singuli versus non distincti sunt.

b) fol. 36—43. *Epistula cuiusdam romanae puellae ad amatorem suum, ad Phoebum deprecatio, carmen Sebastiani Brant de causis depravandis, ad sanctum Ioannem*

Baptistam carmen magistri Gregorii de Koenig, elegans ad beatam virginem Mariam carmen hexametrum Hermanni Buschii. Incipit: *Este procul moneo . . .* Explicit: *lumen olympi.* τέλος. In fine addita sunt haec verba manu alia scripta: *Antonius Heuglin est possessor huius libri . . . 1533.*

c) fol. 44—55: *liber de arte musica.* Inscriptio: *musica valde pulchra et venusta . . . anno domini 1513.* Incipit: *musica cum non modo . . .* Explicit: *raro.* In initio operis Salustiani possessorum nomina adscripta sunt haece: ‚*Anthonius Heuglin est possessor huius libri*'. ‚*Sum ex libris M. Ioann. Deuceri anno 1607*'. ‚*Theophili Pauli Christii Coburgensis. Onoldisbaci a. 1759 ex bibliotheca Zochia, auctione divendita*'.

84 (11, c). 8°

Ex Plauti comoediis XX, quarum carmina magna ex parte in mensum suum restitutae sunt. Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Asulani soceri mense Iulio 1522. 8°.

Singulae huius libri paginae oppletae sunt Simonis Vlrici Pistoris, Hartmanni f. observationibus nitidissime scriptis. Cf. praeter Fabricii bibl. lat. vol. I, 15: ‚*Simonis Vlrici Pistoris animadversiones in Plautum affectae lucem opinor haud viderunt, laudatae et inspectae Taubmanno*' Ritschelius musei Rhenani a Welckero Naekioque editi vol. IIII (1836) pag. 539. Libro inscripta sunt possessorum nomina: *Simon Vlricus Pistoris 1 Octob. an.* (15)*90. M. I. F. A. Kinderling 1768. M. C. F. Istrich 1793.*

85 (308, f). 8°

M. Accii Plauti comoediae quatuor. Aulularia, Captivi, Curculio et Trinummus. In usum scholarum separatim typis exscriptae. Halae et Berolini, impensis orphanotrophei. 1820. 8°.

E libris A. F. Naekii cuius adnotationes uberrimae extant in Aululariam, Captivos, Trinummum. In folio primo haec leguntur: *Plautus a. u. 570. Wenn man ihm 30 Dichterjahre giebt, so fällt in seine Zeit — nur von den wichtigsten Kriegen zu reden — ungefähr der ganze zweite pun. Krieg (dessen Anfang: a. u. 536, Ende 553), der gegen Philipp von Macedonien, der gegen Antiochus, (woher die häufigen Anspielungen auf Krieg in den Prologen zu erklären sind).*

86 (11, b). 8°

M. A. Plauti Amphitruo. Emendavit Fridericus Lindemannus. Lipsiae, sumptibus et typis B. G. Teubneri. 1834. 8°.

E libris Friderici Iacobi qui in margine adnotationes adscripsit.

87 (47). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII ineuntis, foliorum 8.

Erklärung des Trinummus des Plautus von Hn. Prof. (F. A.) Wolf. (Nachgeschrieben von) Giesebrecht.

Incipit: *Im Philemon führte es den Titel thesaurus.* Explicit: *1185. parum nicht genug, hier sieht man recht die Bedeutung des Wortes.*

88 (304, h). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 73 formae diversissimae quorum 14^um^ vacuum est.

A. F. Naekii scholae Plautinae autographae.

Incipit: *Truculent. Voran über Horat. Plautus, ad exemplar* ... Explicit: *zu halten sein. vgl. IV, 1.* Folia non nulla quae ad Truculentum pertinent excipit in Rudentem commentarius. Deinde secuntur excerpta e Ritschelii dissertatione *‚über die Kritik des Plautus'* (Welckeri Naekiique mus. Rhen. IIII (1836) pag. 153 sqq.), de Milite glorioso et Trinummo quaedam et varia conlectanea ad Plautum et Terentium. In fine additi sunt tres auditorum indices annorum 1829, 1833 et 1836.

89 (12). 4°

Codex membranaceus saeculi XIII, foliorum 97, linearum ab initio 17, sub finem complurium.

P. Terenti comoediae.

Incipit sine inscriptione a periocha in Andriam: *Sororem falso creditam* ... Explicit: (Phorm. fin.) *iam faxo aderit. Vos valete et plaudite.* Subscriptio: *Calliopius recensui.* Insunt huic libro integrae comoediae Andria, Eunuchus, Heautontimorumenos, Adelphi, Hecyrae versus 1—520 (IIII 1, 6), Phormionis periocha inde a versu 6 et fabulae versus 1—142 (I 2, 92), 509 (III 2, 24) —618 (IIII 3, 13), 993 (V 9, 4) —1055 (V 9, 66). Per totum librum extant notae marginales. Singuli versus non sunt distincti.

90 (304, i). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, non compactus foliorum 71 quorum satis multa vacua sunt.

Aug. Ferd. Naekii copiae Catullianae autographae.

Incipit: *Zu Catulli vita* ... Explicit: *durch die Völker haben gehen sehn.* Insunt huic libro varia scholarum de Catullo diversis temporibus habitarum fragmenta et excerpta quaedam.

91 (305, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 104 quorum 4, 11, 58 et 92 vacua sunt.

Aug. Ferd. Naekii copiarum Catullianarum continuatio.

Incipit: *Ioannes Calphurnius Hermolaus.* ... Explicit: *chalendas Apriles.* Insunt huic libro excerpta ex editionibus veteribus Catulli et aliis libris Dresdae a Naekio conlecta.

92 (305, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum et schedularum 187.

Aug. Ferd. Naekii copiarum Catullianarum continuatio.

Incipit: *in una alterave . . .* Explicit: *iustam a Diis exposcam prodita muletam.* Continet hoc volumen diversissimi generis excerpta ad Catullum spectantia.

93 (307, g). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 204, quorum satis multa vacua sunt.

Aug. Ferd. Naekii copiarum Catullianarum continuatio.

Incipit: *Alexandri Guarini . . .* Explicit: *LXXX. XVIIII. XLI.* Insunt huic volumini excerpta e libro qui inscriptus est ‚*Alexandri Guarini Ferrariensis in C. V. Catullum Veronensem per Baptistam patrem emendatum expositiones*', quas secuntur ‚*allgemeine Bemerkungen über meine Collation des Codex Dresdensis*' et nonnulla ex illo libro excerpta. Haec excipit plena accurataque conlatio trium codicum Guelpherbytanorum (Ebert bibl. Guelph. 168, 169, 170), deinde excerpta e Mureti aliorumque editionibus, denique conlatio codicis Dresdensis (Ebert bibl. Dresd. 133), pertinens ea ad Tibulli quoque et Propertii partem et quaedam alia conlectanea. De libris Guelpherbytanis et Dresdensi Eberti verba infra scripsimus. B. G. 169 (Gud. 283, Naekio Guelph. I): *membr. in 8 sec. XV. ineuntis.* B. G. 170 (Gud. 332, Naekio Guelph. II): *membr. in 8 seculi XVI. ineuntis.* B. G. 168 (65, 2. Ms. Aug. 12, Naekio Guelph. III): *membr. in 12 sec. XV. medio in Italia exaratus a Clemente Salernitano.* B. Dr. 133 *Catullus Propertius Tibullus. Cod. membr. 201 folior. in 4., sec. 15 in Italia eleganter exaratus, literis initialibus pictis et auratis . . . Tibullo usus est Heyne et Propertio Barthius, Catullo vero Handius, cuius conf. observatt. in Catulli carmina p. 22.*

94 (308, g). 4°

Catullus, Tibullus et Propertius cum Galli fragmentis et pervigilio Veneris. Editio nova in usum scholarum diligenter expressa . . Halae, impensis orphanotrophei 1810. 8°.

E libris A. F. Naekii qui in marginibus et chartis insertis per Catullum adscripsit scripturae discrepantiam conplurium veterum editionum, per Tibullum autem conlationem integram codicum Guelpherbytanorum duorum 65, 2 et Gud. 332 (Ebert 878. 879), per Propertium denique usque ad II, 2 conlationem codicis Guelpherbytani 65, 2 (Eb. 731). De his libris haec habes Eberti verba: B. G. 879 (Gud. 332, Naekio Guelph. II.): *Membr. in 8 sec. XVI. ineunte exaratus, ad cuius marg. notatae sunt variae lectt. a prima manu.* B. G. 878 et 731 (65, 2, Naekio Guelpherbyt. III) *membr. in 12 sec. XV. a Clemente. Salernitano exaratus.* In pagina 149 ubi conlatio Propertii desinit haec extant Naekii verba: *Reliqua conieci in exemplum meum editionis Barthianae ubi etiam hanc secundi libri*

partem quam hic ad codicem exactum vides, secunda vice exactum dedi. Exemplum illud Barthianum in bibliotheca Bonnensi non extat.

95 (308, h). 8°

C. Valerii Catulli carmina varietate lectionis et perpetua adnotatione illustrata a Frid. Guil. Doering. Tomus 1. 2. Lipsiae, apud Christ. Gottl. Hilscher. 1788—1792.

E libris A. F. Naekii qui diligentissime adscripsit integram conlationem codicis Guelpherbytani III (Ebert 168; 65, 2).

96 (305, d). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 35 quorum 19 vacuum est.

A. F. Naekii scholae Propertianae autographae.

Incipit: *Propert. I. 2.* Explicit: *Brunck. app. ad Apoll.* Insunt huic volumini conlectanea scholarum in usum facta quae maxima ex parte ad librum I pertinent.

97 (48). 4°

Codex chartaceus saeculi circiter XV, folii singularis. Inscriptus est:

De Bucolicis Virgilii.

Incipit: *Considerandus est...* Explicit in paginae secundae linea 12: *tytulum.* Deinde sequitur aliud quoddam fragmentum.

98 (310 N, 7). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 417.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectanea.

Inscriptio Schopeni manu facta: *Naeke's Vorarbeiten zu Cato.* Incipit: *In die Einleitung: Der ersten Interpreten . . .* Explicit: *Valck. ad Theocr. Adon. p. 348. B.*

99 (310 N, 8). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 389.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Inscriptio Schopeni manu facta: *Naeke's Commentar zu Cato (gedruckt).* Incipit: *De carminibus Valerii Catonis ...* Explicit: *et ego in museo Rhenano Vol. III. fasc. 1.* Ex hoc volumine quod Naekius diligentissime elaboratum reliquit Schopenus faciendam curavit editionem quae prodiit Bonnae a. 1847 s. t.: *Valerii Catonis carmina cum Augusti Ferdinandi Naekii annotationibus. . . . Cura Ludovici Schopeni. 8°.*

100 (306, g). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 107 quorum multa vacua sunt.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Incipit: *Titelblatt.* Explicit abrupte: *torcu.* — Inest ‚Appendix zum Cato (nicht gedruckt)', apographum Dirarum e codice Parisino no. 8205 partim chart., partim membr. saec. XV (cat. IIII, 437; Wagn. IIII, 630; Naek. ad Cat. p. 345), Domicii Calderini enarratio in Diras, excerpta e diversis libris manu scriptis et impressis, ‚Naeke's erste Arbeit über Cato, nebst Hermann's Censur in der griech. Societät', excerpta varia.

101 (306, h). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 33.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Incipit: *Publius Virgilius Maro.* Explicit: *Folgt gleich Note zu 588.* Insunt apographa Dirarum, Culicis, aliorum carminum e codice Trevirensi sive Augustano (Naek. ad Cat. p. 356), specimina commentarii cuiusdam in Vergilium maxima ex parte ad eclogas spectantia. Sub finem haec extant Naekii de commentario verba: *mit den Eclogis hört das Eigene auf und es folgt von da an nur ein abgekürzter Servius.*

102 (306, i). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 30.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Inscriptio: *Virgilii editio Mutinensis 1475.* Incipit: *Das Aeussere hinlänglich und sorgfältig beschrieben. . . .* Explicit: *ieiunia lucis u. s. w. u. s. w.* Continentur hoc fasciculo apographa et excerpta ex Vergilii editione Mutinensi anni 1475.

103 (306, k). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 73.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Incipit: *Catal. librorum . . .* Explicit abrupte: *dicas Postea . . .* Editionis Vergilii eclogas, Georgica, carmina minora continentis fragmento (pag. 161—215: carmina minora) et insertae sunt chartae et in initio 4, in fine 15 folia addita sunt, quibus Naekius adscripsit conlationem codicum Vossianorum 81 (catal. p. 389; Naeke ad Caton. p. 354) et 78 (catal. p. 374; Naeke ad Caton. p. 369 sq.) et excerpta ex editionibus.

104 (307, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 49.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Incipit (impr.): *P. Virgilii Maronis Culex.* Explicit: *Ueberschrift der Catalecta u. s. w.* Continet hic fasciculus Culicem, Moretum, Copam, Diras et Cirin carmina conlata cum codice Basileensi (Naeke ad Catonem p. 365 sqq.) industria Friderici Broemmelii. Scripturae discrepantia conlecta est partim in fragmenta editionis typis impressae, partim in apographa Naekiana. In fine adiectae sunt tres epistolae a Broemmelio ad Naekium missae annis 1825 et 1826. Ceterum librum illum descriptum esse ex Vergilii editione principe demonstravit post I. Silligium Vergilii Heynio-Wagneriani vol. IIII pag. 159 (cf. ibidem pag. 631) Naekius l. l.

105 (307, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 70 quorum conplura vacua sunt.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Incipit: *P. V. Maronis. . . .* Explicit: *zur Ergänzung angefügt worden sey.* Inest huic fasciculo apographum Dirarum cui manu Chr. Lasseni adscripta est conlatio codicis Londinensis membr. s. XV (Cat. Harlei. mscr. 3963; Naek. ad Cat. p. 346), et Parisini 8093 (saec. X, cat. IIII, 427; Naek. ad Cat. p. 344) a versu 33 incipientis, conplures Lasseni epistolae Londinenses et Parisienses anni 1825, Dirae conlatae cum codicibus Parisinis Regiis 7927 (saec. X, cat. IIII, 413; Naek. ad Cat. p. 344), 8205 (saec. XV, cat. IIII, 437; Naek. l. l. p. 345) et 8069 (saec. X s. XI, cat. IIII, 424; Naek. l. l. p. 340 sqq.), discrepantia scripturae veterum quorundam editionum item Lasseni manu scripta. Sequitur Naekii ipsius manu enotata conlatio libri Vossiani chart. 78 (cat. p. 374), et excerpta ex editionibus, epistola Friderici Thierschii d. d. ‚*29. März 1826*' ad Naekium missa et conlatio Dirarum cum codicibus Monacensibus 305 (Naeke ad Cat. p. 360, saec. XIIII iudice Thierschio) et 261 (Naeke ad Catonem p. 361, saec. XV. vel XVI), duae Passovii epistolae et conlatio duorum codicum Rehdigeranorum in apographum Naekianum enotata (cf. Naekius ad Cat. 372; Wachleri Rehdiger pag. 40 et 57), Copa, Moretum et alia carmina conlata cum codice Gudiano 342 (membr. in 12 sec. XV. Eb. no. 919) et excerpta ex libris impressis.

106 (307, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 13.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Incipit: *To. V. p. 604. Bullialdus.* Explicit: *versus in Catullo.* Insunt excerpta varia ad Vergilium pertinentia.

107 (307, d). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 46 quorum satis multa vacua sunt.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Incipit: *Naekio suo Geelius S. P. D.* Explicit: *Cortex.* Continet hic fasciculus tres epistolas a I. Geelio annis 1825—1827 de libris Leidensibus ad Naekium datas, conlationem libri Vossiani 96 (cat. p. 390) apographo Dirarum aliorumque carminum Naekiano adscriptam, varia Naekii excerpta, apographum Dirarum Dindorfianum e duabus editionibus veteribus Parisiis confectum anno 1828, excerpta e Servii codice Dresdensi saeculi XV (Ebert bibl. Dr. no. 136).

108 (307, e). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 51 quorum 24 vacuum est.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Incipit: *Alberti de E.*(yb) *Margarita . . .* Explicit: *primis Sidera.* Insunt excerpta varia, specimina Porphyrionis e libro Gudiano saec. XIIII (Ebert no. 446) et Acronis ex alio codice Guelpherbytano (chartaceo in fol. s. XV Eb. no. 445), conlectanea ad Terentium, Manilium alios spectantia.

109 (307, f). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum et schedularum 88.

Aug. Ferd. Naekii in Valerium Catonem et Vergilii quae feruntur carmina minora conlectaneorum continuatio.

Inscriptio Schopeni manu facta: *Collectanea varia (Cato).* Incipit: *Scal. ad Varr. ...* Explicit: *Dronke.* In fine huius fasciculi extant epistolae tres, nimirum una F. F. Papii d. d. ‚*Coeln, 31. Dec. 1824*' et duae Dronkii d. d. ‚*Coblenz, 14. Nov. 1830*' et ‚*Coblenz, 1. März 1831.*'

110 (14). fol.

Codex chartaceus saeculi XV non inelegantер scriptus, foliorum 32, linearum 24.

Q. Horati Flacci epistolae.

Inscriptio: *Epistola prima ad Maecenatem.* Incipit (ep. I, 1): *Prima dicte mihi ...* Explicit (ep. II, 2 fin.): *lasciva decentius aetas.* Subscriptio: *Laus deo. 1492.* In margine et inter lineas adnotationes uberrimae eadem manu adscriptae sunt. Praefixus est huic libro: *Liber etymologiarum Isidori Hyspalensis episcopi, impressus Basileae anno 1489,* in fine adiuncti sunt libri impressi conplures quorum primus est: *Textus parvorum naturalium Arestotelis* (s. l. et a.).

111 (311, 11). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 103 quorum 11, 12, 42, 43, 56, 59, 60, 63, 71, 73, 91, 101—103 vacua sunt.

C. F. Heinrichii scholae et dissertationes Horatianae autographae.

Inscriptio duplex est: *zum Horaz* et: *In Horatium*. Incipit: *Horatii carminum liber IV. 1. Das Gedicht ist eine Phantasie. . . .* Explicit: *quo pedes iuvent?* Insunt introductiones in singula carmina enarrationi publicae praemissae (in carminum librum IV et epodon librum a. 1806, in epistolas a. 1822), et ‚philologumena Horatiana. Pars prior, in sermones. Pars posterior, in epistolas. Incepi Kiliae, m. Novembr. 1807.' Haec excipiunt varia conlectanea et de singulis satiris disputationes a. 1806 et 1814 scholarum in usum conscriptae.

112 (305, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, foliorum 32 quorum satis multa vacua sunt.

Aug. Ferd. Naekii scholae Horatianae autographae.

Incipit: *Hor. Ep. an die Pis. . . .* Explicit: *sed cf. Voss. castig. p. 180.* Pertinet hic fasciculus ad Horati epistolam ad Pisones et carmina selecta.

113 (15, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XV vel XVI, foliorum 2.

Ovidi metamorphoseon libri quarti fragmentum.

Inscriptio: *Ouidius IIII libro metamorphoseos.* Incipit (v. 55): *Piramus et tisbe ...* Explicit (v. 166): *requiescit in urna.* Praecedunt huic fragmento Aeneae Silvii opuscula *ex Vienna. quinto nonas iulias. Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.* In fine adiuncta sunt 16 folia diversissimi argumenti scripta manu alia atque fragmentum Ovidianum.

114 (15, c). 4°

Publii Ovidii Nasonis opera omnia IV voluminibus comprehensa . . . cura et studio Petri Burmanni. Amstelodami apud Iansonio-Waesbergios. 1727. 4°.

Ad libros Fastorum, Tristium et Metamorphoseon adscripta est a P. D. Longolio conlatio codicis Hamburgensis de qua nuperrime egit I. P. Binsfeldius quaestionum Ovidianorum criticarum parte I. II. Bonnae a. 1853 et Col. Agr. a. 1855 editis. Ceterum falso librum Hamburgensem in deperditis habitum esse demonstravit M. Islerus Serapei Naumanniani vol. XV pag. 287 sq.

115 (15, v). 8°

Publii Ovidii Nasonis Tristium libri V, ex Ponto libri IIII ex recensione Petri Burmanni. Animadversiones interpretum excerpsit suasque adiecit Theoph. Christ. Harles. Erlangae, ex officina Wolfgangi Waltheri. 1772. 8°.

Fuit hic liber Friderici Iacobi qui ad libros ex Ponto diligenter adscripsit conlationem ‚codicis Muczkowskiani.' In fine (pag. 546) haec adnotavit Iacobus: *‚incepta et finita a. 1816 m. Oct. collatio per Fr. Iacob.'*

116 (16, a). 12°

Marci Manilii poëtae clariss. astronomicon ad Caesarem Augustum. Lugduni apud Ioan. Tomaesium et Gulielmum Gazeium. 1551. 12°.

Hic liber cui chartae insertae sunt fuit Friderici Iacobi. Is inter pag. 4 et 5 haec adnotavit: *Has ego Wakefieldi notulas transscribere tendo Fili dum nervos febris acuta quatit Vt forsan possim, dum pallida mortis imago Instat, torpentem pellere tristitiam.' d. 24. Oct. 1841.* Non autem exsecutus est hoc consilium. Chartae enim insertae vacuae sunt, nisi quod bis terve nonnulla adscripta sunt alia manu. Cf. editionis Iacobianae praefat. pag. 15.

117 (16, b). 8°

M. Manili astronomicon libri quinque. Iosephus Scaliger Iul. Caes. f. recenuit. Eiusdem Ios. Scaligeri commentarius in eosdem libros. Lutetiae, apud Mamertum Patissonium. 1579. 8°.

E libris Friderici Iacobi qui in margine adscripsit excerpta e conpluribus libris. Eorum rationem dedit in initio hance: *Lan. = Lannoius (Mathiae Lan. notas posthumas edidit Fr. Iun.) — Fr. Iun. vel: I. = Franciscus Iunius. — Ms = cod. Palat. — Rom. = ed. Roman. Bonincontii. — V. L. cod. Palatini ex editione Fr. Iunii 1590 contuli* FRID. IACOB. *Lubec. nov. 1832.* Alio tempore haec sunt addita: *Deinde ed. Fr. Iunii ipsam nactus sum.*

118 (16, c). 8°

M. Manili astronomicon libri quinque. Iosephus Scaliger Iul. Caes. f. recensuit ac pristino ordini suo restituit. Eiusdem Ios. Scaligeri commentarius in eosdem libros et castigationum explicationes. Lectiones variae e ms. bibliothecae Palatinae et aliis cum notis F. Iuni Biturigis. Ex officina Sanctandreana 1590. 8°.

E libris Friderici Iacobi qui passim adnotatiunculas adscripsit.

119 (16, d). 8°

M. Manilii astronomicon a Iosepho Scaligero ex vetusto codice Gemblacensi infinitis mendis repurgatum. Eiusdem Iosephi Scaligeri notae . . . Ex officina Plantiniana, apud Christophorum Raphelengium. 1600. 8°.

E libris Friderici Iacobi qui I. H. Withofii notas ex exemplari Gottingensi excerptas adscripsit (cf. edit. Iacob. praef. pag. 14). In initio haec extant verba: . . . *enotavi d. 25. Dec. anni 1834.* I(ACOB).

120 (16, e). 4°

Marci Manilii astronomicon. A Iosepho Scaligero ex vetusto codice Gemblacensi infinitis mendis repurgatum. Eiusdem Iosephi Scaligeri notae nunc primum ex codice Scaligeri, quem sua manu ad tertiam editionem praeparaverat . . . restitutae. Argentorati, sumtibus Ioannis Ioachimi Bockenhofferi. 1655. 4°.

E libris Friderici Iacobi qui in margine adscripsit scripturae discrepantiam codicum Vossianorum (cf. edit. Iacob. praef. 5), codicis Oxoniensis (cf. l. l. pag. 9 et 12 sq.) et Petri Francii notas (cf. l. l. pag. 14).

121 (16, f). 4°

M. Manilii astronomicon . . . illustravit Michael Fayus . . . in usum Serenissimi Delphini. Parisiis, apud Fredericum Leonard. 1679. 4°.

E libris Friderici Iacobi.

122 (16, g). 4°

M. Manilii astronomicon ex recensione et cum notis Richardi Bentleii. Londini, typis Henrici Woodfall. 1739. 4°.

E libris Friderici Iacobi qui paucissima adscripsit.

123 (16, h). 8°

M. Manilii astronomicon ex recensione Richardi Bentleii . . . cura et studio M. Eliae Stoeber. Argentorati, sumptibus Amandi Koenig. 1767. 8°.

E libris Friderici Iacobi qui pauca adscripsit.

124 (16, k). 8°

M. Manilii astronomicon libri quinque (Biponti, ex typographia societatis. 1783.) 8°.

Hoc volumen quod continetur Vergilii editionis Bipontinae a. 1783 voluminis II paginis 56—392 fuit Friderici Iacobi. Multas is adnotationes adscripsit in chartis insertis.

125 (16, i). 8°

Marci Manilii astronomicon libri quinque . . . edente Al. G. Pingré. Tomus I. II. Parisiis, via et aedibus Serpentinis. 1786. 8°.

E libris Friderici Iacobi.

126 (16, l). 8°

M. Manili astronomicon libri quinque. Recensuit Fridericus Iacob. Accedit index et diagrammata astrologica. Berolini, typis et impensis G. Reimeri. 1846. 8°.

E libris Friderici Iacobi qui in chartis insertis passim additamenta adscripsit.

127 (16, m). 8°

Des Marcus Manilius Himmelskugel. Lateinisch und Deutsch. Im Versmasse des Originals zum ersten Male übersetzt und mit Anmerkungen begleitet von Ioseph Merkel. Aschaffenburg, Theodor Pergay. 1844. 8°.

E libris Friderici Iacobi.

128 (16, n). 4°

M. Manilii astronomicon novam editionem indicit Frid. Iacob. De M. Manilio poeta particula I. II, 1—5. (Scripsit Fridericus Iacob). Posnaniae 1830, formis W. Deckeri. Luebeck 1832—36, gedruckt bei G. C. Schmidt. 4°.

Insunt huic volumini sex programmata Friderici Iacobi qui passim adnotatiunculas et additamenta adscripsit.

129 (49, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 34.

Einige Satiren des Persius, erklärt im Sommersemester 1822 von Herrn Professor Heinrich in Bonn. (Nachgeschrieben von) E. W. Grebe.

Incipit: *Man liest alte Schriftsteller zu einem doppelten Zweck . . .* Explicit: *der letzte Vers* (VI, 80) *ist eine Anspielung auf den sorites. Finitor ist ironisch zu nehmen.* Inest huic libro isagoge in Persium et enarratio prologi, primae, secundae, quartae et sextae satirae. Heinrichii in Persium commentarii publici iuris facti sunt in eius editione postuma quam curavit O. Iahnius Lipsiae a. 1844.

130 (16, v). 4°

Die Satiren des D. Iunius Iuvenalis. Uebersetzt und erläutert von Wilhelm Ernst Weber. Halle, Verlag der Buchhandlung des Waisenhauses. 1838. 8°.

E libris G. E. Weberi qui in chartis insertis passim adnotatiunculas adscripsit.

131 (49, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVII, foliorum 82 quorum 67 vacuum est.

G. M. Koenigii notae in Iuvenalem et Theognidem.

a. fol. 1—66. Inscriptio: *Excellentissimi clarissimique Dr. G. M. Koenigii notae in Iun. Iuvenalis Aquinatis satyras ms. d. 27. Aug. 1678: quas vero descripsit et digessit Ferd. Sigismundus Ludovici.* Incipit: *B. C. D. Testimonia de Iuvenali.* Explicit: *Cf. Plinius. lib. 73. c. 8. Laus Deo O. M.* Continet satirae primae, secundae et sextae enarrationem uberrimam cui in sextam *index rerum et verborum* additus est.

b. fol. 67—82. Inscriptio: *Notae in Theognidem ab excellentissimo clarissimoque G. M. Koenigio dictatae.* Incipit: *Theognis Megarensis Olympiade 59 claruit . . .* Explicit: *in axiomat. polit. . . . ax. 46.*

132 (30, a). 8°

P. Cornelii Severi Aetna et quae supersunt fragmenta cum notis et interpretatione Ios. Scaligeri, Friderici Lindenbruchii et Theod. Goralli. Accessit Petri Bembi Aetna. Amstelaedami, apud Henricum Schelte. 1703. 8°.

E libris Friderici Iacobi qui discrepantiam scripturae adscripsit e conpluribus libris de quibus ipsius verba haec extant in pag. 176: *Collatae editiones Seb. Brant ann. 1502. sigla Br. — Veneta ann. 1533 (in calce 1532) Iuntae Florentini cum com. Dom. Calder. et Ascens. sigla A. — Pithoei poematia. Genev. 1586. sigla P.* — Praeterea usque ad paginam 27 adnotationes eas delendo resecuit quas in suam carminis editionem (Lucilii Iunioris Aetna. Recensuit . . . Fridericus Iacob. Lipsiae 1826. 8°.) transire noluit.

133 (30, b). 8°

Der Aetna des Cornelius Severus übersetzt von Conrad Arnold Schmid. Braunschweig, Waisenhausbuchhandlung. 1769. 8°.

E libris Friderici Iacobi qui passim adnotationes adscripsit.

134 (27, v). 8°

Publii Papinii Statii sylvarum lib. V. Thebaidos lib. XII. Achilleidos lib. II. Notis selectissimis . . . illustrati a Iohanne Veenhusen. Lugd. Batav. ex officina Hackiana a. 1671. 8°.

Fuit hic liber Th. Corttii et Th. Chr. Harlesii. Corttius conplurium librorum discrepantiam scripturae in margine adscripsit de quibus haec extant ipsius verba in initio libri: *1. notat. ms. cod. bibl. senatus Lipsiensis probum et antiquum. — 2. codicem ms. itidem membranaceum bibl. Cygneae, tribus columnis scriptum, non vetustissimum quidem sed probum et variis lectionibus a prima manu adpictis commendabilem. fuit is olim Theod. Pulmanni. — S. Scaligeri emendationes, forte ex ms. Senensi (v. pag. 7 a) in silvas designat* (cf. Handius praef. p. 53). — *F. N. Fabri excerpta ex ms. notat quibus usus est Lindenbrogius. — L. Lindenbrogii contextum Ed. Paris. 1600 indicat. — io L. eiusdem Lindenbrogii coniecturas eius manu isti editioni adscriptas* (cf. Handius praef. p. 52). — *V. Vetus ms. quo usus est Lindenbrog. — P. Paulli Petauii, D. Petri Danielis, C. et Cl. Claud. Puteani mss. indicat. — M. et Ms. veterrimum ms. 2. notat quo Lindenbrogius, sed non per integram Theb. usus est.*

135 (33, v). 8°

Flavii Aviani fabulae, cum commentariis selectis Albini scholiastae veteris, notisque integris Isaaci Nicolai Neveleti et Casparis Barthii: quibus animadversiones suas adiecit Henricus Cannegieter. Amstelodami, apud Martinum Schagen. 1731. 8°.

Fuit hic liber Friderici Iacobi. Is in margine adpinxit discrepantiam scripturae codicis Lubecensis de quo in primo folio haec scripsit: *v. l. notata L. exscripta est e cod. Lubec. qui illic in bibl. publ. asservatur Ee 109. Est in forma duodec. Et continet, ut M. Gesneri manus appinxit, haec: Bonae interpretationes fabularum poeticarum. Liber aviani de fabulis cum glossula. Liber Homeri de Ilio sive excidio Troiae (Pindarus Thebanus). Omne punctum de doctrinalibus uersibus. Phagifacetus de facetia comedendi. Bonus libellus de disciplina puerorum. Glossula super Ovidio de Remediis amoris. Glossulae super libello Lucani de bello Punico. (Phars.) Explicatio fabularum incipit: ‚Saturnus regnavit in Italia. hic per annone erogationem ad se populos attrahens a saturando dicitur. Opis enim uxor quia opem esurientibus dedit.'... — Folia hic libellus occupat 28. Finitur ita: ‚Nepa generis scorpionis est qui filios suos devorat praeter unum qui setis dorsi eius inhaeret, sicque mortem (?) unde nepos dicitur quilibet luxuriose me devorans. per hoc rhetoricus sermo intelligitur quicunque vorax et sumtuosus est' etc. Nihil neque supersc. neque subscr. Avianus 10 folia occupat. Praefatio deest. Pindarus Thebanus 18 folia habet ... Vers. Doctrin. ita incipiunt: ‚Christe regis qui nos in me sensus rege quinos Custodemque datae vitae mihi supplico da te. Hostem ne sua vis noceat rex pelle sua vi' etc. Septem folia habet.*

136 (35). 8°

Incerti auctoris vulgo Pindari Thebani epitome Iliadas Homericae. E recensione et cum notis Theodori van Kooten edidit . . . Henricus Weytingh. Amstelaedami et Lipsiae, A. F. Boehme (1806). 8°.

E libris Friderici Iacobi qui duorum codicum Lubecensium conlationem in margine adpinxit. Extant eius de istis codicibus in initio libri verba haece: *v. l. quam adscriptam vides, petita est ex codd. Lubecensibus duobus, qui in bibliotheca publica asservantur, nondum numerati. altera, quam A. nomino, est ex cod. minimae formae, in quo, ut M. Gesneri manu adscriptum est, haec continentur . . . Bonae interpretationes fabularum poeticarum ...* (vide n. 135). *Libelli a manu varia varioque tempore scripti sunt, nostrum sec. dec. tertio vel quarto exaratum existimem ... Altera est e cod. in forma quadruplic. (pergamen. ut prior.). Continet Statii Achilleida (an. 1454) nostrum librum et Bartholomei Paieli poemata latina (in charta haec script.). Scriptio est admodum nitida, prima librr. litera auro insignis. Subscrib.*: FINIS

Bellica troia canens hic hic finitur homerus
Petrus de Rubeis de quadraginta hūc libellum acco

pinxit die vigesimo nono martis 1455. (Ab eodem scriptore etiam achilleis est.) FR. IACOB. *Lub. 1837.*

137 (38). 4°

Anthologia veterum latinorum epigrammatum et poematum . . . cura Petri

Burmanni Secundi. I. II. Amstelaedami, ex officina Schouteniana 1759—1773. 4°.

E libris Friderici Iacobi qui passim adnotationes adscripsit.

138 (38, v). 8°

Poesis latinae delectus. In usum scholarum adornavit ... Guil. Ern. Weber. Bremae sumptibus Ioannis Georgii Heyse. 1836. 8°.

E libris G. E. Weberi qui in chartis insertis passim adnotatiunculas adscripsit.

139 (313, 33—35). 8°

M. Tullii Ciceronis opera ad optimas editiones collata ... studiis societatis Bipontinae. Biponti, ex typographia societatis. (Vol. I—VI). 1780—1781. 8°.

E libris C. F. Heinrichii qui passim adnotationes adscripsit. Voluminis secundi pag. 407—495 (Orator) et vol. quinti pag. 1—50 (oratio pro Murena) desiderantur. Cf. n. 144 et 145.

140 (8). fol.

Codex membranaceus saeculi XIII, foliorum numeratorum 257, linearum 36, librorum et capitum inscriptionibus rubris, litteris initialibus vicissim rubris et caeruleis, elegantissime scriptus.

Scripta Ciceroniana cum miscellis quibusdam.

Hic liber (de quo conf. H. A. Grimmius apud I. H. Withofium in Kritische Anmerkungen über Horaz ... III. Düsseld. 1793. 8°.) fuit, academiae Duisburgensis. Continet haece:

a. fol. 1—16: *Hermetis Trismegisti liber ad Asclepium latine cum prologo Augustini.* Inscriptio: *Incipit prologus beati Augustini super librum Trismegisti ad Asclepium.* Incipit: *Augustinus libro contra quinque hereses.* Explicit: *convertimus nos ad puram et sine animalibus cenam.* Post subscriptionem *Ἑρμου Τριαμεγίστου βιβλ. ... ἱερὰ πρὸς Ἀσκλήπιον προσφωνήματα* extant haec: *hoc ms. cum Asclepio Trismegisti qui exstat in Apuleii operibus ex editione Beroaldi Basileae 1597 contuli Duisburgi Cliviorum mense Maio 1691.* H. C. HENNINIVS.

b. fol. 17—25: *Ciceronis paradoxa.* Inscriptio: *Marci Tulii Ciceronis de Paradoxis stoicorum ad Brutum.* Incipit: *Animadverti, Brute sepe ...* Explicit: *pauperes estimandi sunt.* Subscriptio: *Explicit Marci Tullii Ciceronis liber de Paradoxis ad brutum.*

c. fol. 25—43: *Ciceronis oratio pro Milone.* Inscriptio: *Marci Tulii Ciceronis Oracio pro Milone.* Incipit post argumentum: *Etsi vereor. ...* Explicit: *quemque legit.* Subscriptio: *Adversus accusationem de morte Claudii M. T. C. pro milone orō eplicit.*

d. fol. 44—59: *Ciceronis Laelius.* Inscriptio: *Marci Tullii Ciceronis liber de*

amicicia. Incipit: *Quintus mucius augur . . .* Explicit: *amicicia putemus.* Subscriptio: *Explicit Tullius de amicicia. ali lelius de amicicia.*

e. fol. 59—69: *Libellus magistri Petri Blesensis de amicicia christiana.* Incipit: *Subsannabit aliquis . . .* Explicit: *nisi eam enormitas reatus eliminet.* Subscriptio: *Explicit libellus magistri Petri blesensis de amicicia christiana.*

f. fol. 69—70: *Libellus de regno cordis magistri Hugonis de sancto victore.* Incipit: *Mobile regnum possidet . . .* Explicit: *accipe.* Subscriptio: *explicit libellus de sancto corde.* Adiecta sunt quaedam *de penitencia Salomonis.*

g. fol. 70—93: *Ciceronis orationes in Catilinam quattuor.* Inscriptio: *Marci Tullii Ciceronis in Catilinam Invectivarum liber Primus incipit. Oratio habita in senatu.* Incipit: *Quo usque tandem . . .* Explicit: *per se ipsum praestare possit.* Subscriptio: *Marci Tullii Ciceronis liber Quartus invectivarum explicit in Catilinam.* Sequitur sine intermissione

h. fol. 93—94: *Crispi Salustii in Tullium Oracio dicta in senatu.* Incipit: *Graviter et iniquo animo . . .* Explicit: *neque in illa parte fidem habens.* Subscriptio: *Crispi Salustii in Tullium Invectiva explicit.*

i. fol. 94—96: *Marci Tullii Ciceronis Invectiva in eundem Salustium.* Incipit: *Ea demum magna voluptas est . . .* Explicit abrupte (pag. 289, 21 Gerl.): *sed ita experrecti non sumus . . .* quae in ima demum pagina continuantur: *sumus ut a te cavere . . .* Tertia circiter pars invectivae desideratur: quam olim excepisse librum de fato Grimmius testatur l. l. pag. 156.

k. fol. 97—142: *Ciceronis de officiis libri III.* Inscriptio: *Incipit prologus in primum librum Marci Tullii Ciceronis de officiis.* Incipit: *Quamquam te . . .* Explicit abrupte III, 30 (ex ipsius libri distributione in libri III capitulo 66): *Ita incolumis in patria Regulus resti . . .* In ima pagina additum est: *tisset.* Libri secundi quoque pars desideratur, nimirum inde a versu Enniano II, 18 (33): *Bene facta male locata male facta arbitror* usque ad finem libri. Item deest libri tertii initium usque ad verba quae extant III, 8 (12): *Cum igitur aliqua species.*

l. fol. 143—150: *Ciceronis de senectute dialogus.* Initium deest. Incipit in cap. 13 (10): *Tantum licentie dabat gloria.* Explicit: *probare possitis.* Subscriptio: *Marci Tullii Ciceronis de senectute ad Atticum liber explicit.*

m. fol. 151—153: *Excerpta quaedam ex Hieronymi libro I super epist. ad Galatos.* Incipit: *modo galathe dicti.* Explicit: *ante illud experimentum.*

n. fol. 153—232: *Ciceronis Tusculanae quaestiones.* Inscriptio: *Marci Tullii Ciceronis Disputationum Tusculanarum liber Primus.* Incipit: *Cum defensionū laboribus.* Explicit: *inveniri levacio.* Subscriptio: *Marci Tullii Ciceronis Tusculanarū disputationū liber Quintus ad Brutum explicit.*

o. fol. 233—257: *Lactantii de vero cultu liber. (Instit. VI).* Inscriptio: *Incipit Augustinus* (sic) *de vero cultu in quo quid homini debeat plenissime perfectissimeque ostenditur.* Incipit: *Quod erat officium . . .* Explicit abrupte: *voluptate eamque suos egre . . .* In fronte huius

voluminis haec extant verba: *cod. Cic. a. v. cl. Klein, gymnasii Confluent. Dir. denuo coll. a. 1822—23, cuius de eo iudicium in multis a Grimmio differt.* Ceterum cf. praefationis editorum Turicensium pag. 6.

141 (19). fol.

Codex chartaceus saeculi XV, foliorum 120 quorum 72v, 73—76, 86, 102 et 15 postrema vacua sunt, linearum 37—41, nitide scriptus duabus manibus quarum prior usque ad fol. 98 pertinet, litteris initialibus rubris et caeruleis.

M. Tulli Ciceronis et L. Annaei Senecae scripta quaedam.

Insunt huic volumini quod emptum est anno 1822 a Dronkio Confl. haece:

a. fol. 1—55: *Ciceronis de officiis libri III.* Inscriptio: *Tulius de officiis.* Incipit: *Quamquam te Marce fili ...* Explicit: *preceptisque letabere.* Additus est index in singula librorum de officiis capita quem excipiunt *versus duodecim sapientum S. Basilii Asmenii Vomani Euforbi Iuliani Hilasi Paladii Asclemadis Eusteni Pompeliani Maximi et Vitalis positi in epitaphio Marci tulii Ciceronis.* (fol. 55—60).

b. fol. 61—72v: *Ciceronis de senectute dialogus.* Inscriptio: *Tulius de senectute.* Incipit: *O Tite . . .* Explicit: *probare possitis. deo gratias.*

c. fol. 77—85. Inscriptio: *Seneca de quatuor virtutibus cardinalibus.* Incipit: *Quatuor virtutum species ...* Explicit: *turpissima iactura est quae per neglientiam* (sic) *fit.*

d. fol. 87—98. Inscriptio: *Seneca de clementia ad Neronem.* Incipit: *Scribere de clementia.* Explicit: *Quomodo in rectum prava flectantur.*

e. fol. 99—101. Inscriptio: *Seneca de moribus . . .* Incipit: *Omne peccatum est actio.* Explicit: *Nichil facias quod fecisse peniteat.* Subscriptio: *Explicit liber Senece Cordubensis de moribus millesimo quadringentesimo XXXVIIIo Septembr. XVII Papie.*

f. fol. 103—105. Inscriptio: *Seneca de remediis fortuitorum malorum.* Incipit: *Licet cunctorum poetarum . . .* Explicit: *sit ista felicitas.* Subscriptio: *Senecè Cordubensis de remediis fortuitorum malorum ad Callionem liber explicit feliciter. 1438.*

142 (21). 4°

M. Tullii Ciceronis Rhetoricorum seu de inventione Rhetorica libri duo qui reliqui sunt ex quatuor. Ex recensione Io. August. Ernesti. Halae, impensis orphanotrophei. 1783. 8°.

E libris Nicolai Kleinii qui in margine adpinxit conlationem quinque codicum horunce: Gud. 2, membr. in fol. sec. XIV in Gallia exarati (Eb. no. 192), August. IV, 11 membr. in fol. min. saec. XII (Eb. no. 191), Gud. 153 membr. in 4. saec. XIII (Eb. no. 153), Rehdigerani 1 et 2 saec. XIV (Wachl. Rehd. pag. 41).

143 (20). 4°

M. Tullii Ciceronis Cato maior, Laelius, Paradoxa et somnium Scipionis in usum scholarum. Lipsiae 1813, sumtibus I. C. Hinrichs. 8°.

E libris Nicolai Kleinii qui in margine et chartis insertis discrepantiam scripturae conplurium librorum passim enotavit. Nimirum in Catonem maiorem horunce: editionum veterum 7, libri Gudiani 2, Rehdigerani (Wachl. pag. 40), alterius denique Vratislaviensis qui est ‚bibliothecae magnae Regiae et Vniversitatis, forma 4°, chartaceus saeculi XVI.' Eundem librum Vratislaviensem excerpsit in Laelium et Paradoxa. In somnium Scipionis conlatio extat duorum Rehdigeranorum (Wachl. p. 40 et 41) et trium editionum. In fine quae adiecta sunt 14 folia continent in somnium Scipionis ‚varias lectiones' publici iuris factas a Kleinio in ‚appendice editionis Bonnensis Ciceronis librorum de republica' (ed. C. F. Heinrich 1828), librorum Rehdigeranorum, Confluentini et veterum editionum.

144 (313, 32). 8°

M. Tullii Ciceronis ad Marcum Brutum Orator. (Biponti 1780). 8°.

Continetur hic liber editionis Bipontinae vol. II paginis 407—494. (cf. n. 139). Fuit C. F. Heinrichii cuius adnotationes sat multae extant in margine et chartis insertis.

145 (313, 31. a). 8°

M. Tullii Ciceronis pro L. Murena. Oratio tertia et vicesima. (Biponti 1781). 8°.

Hoc volumen quod fuit C. F. Heinrichii continetur editionis Bipontinae vol. V paginis 1—50 (cf. n. 139). Permultas ille adnotationes adscripsit in margine et chartis insertis. Praeterea finem orationis qui extat in pagina 51 editionis Bipontinae sua manu exaratum adiecit.

146 (313, 31. b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 13.

C. F. Heinrichii in scholas de Ciceronis oratione pro Murena habitas isagoge autographa.

Inscriptio duplex est: *In Cic. pro Murena* et: *Bonn im Novbr. 1821. Ciceronis oratt. pro Murena et pro Caecina.* Incipit: *Cicero natus eodem . . .* Explicit: *scil. est.*

147 (313, 30. a). 4°

M. Tulli Ciceronis de legibus libri tres. Recensuit Ioannes Augustus Goerenz. Adiuncta est diversitas lectionis Ernestianae. Lipsiae, sumtibus E. B. Schwickerti. 1796. 8°.

E libris C. F. Heinrichii qui adnotationes permultas in margine et chartis insertis adscripsit.

148 (313, 30. b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 14 quorum 1^{v}, 8^{v}, 9 et 13^{v} vacua sunt.

C. F. Heinrichii in scholas de Ciceronis legibus habitas isagoge autographa.

Inscriptio: *Cicero de legibus. Privatim, 4 Stunden, im Sommer 1808.* Incipit: *Cicero de legibus.* Explicit abrupte: *Bacchusfeste. Chöre, mit Handlung des . . .* Folia 10—13 quae manu aliena scripta sunt peculiarem prae se ferunt inscriptionem: *ad Ciceronis de legibus lib. I. cap. 14.*

149 (311, 10. b). 8°

M. Tulli Ciceronis de re publica librorum sex quae supersunt. Ex emendatione Caroli Frid. Heinrichii. Editio compendiaria . . . Bonnae ad Rhenum sumtu Adolphi Marci. Lugduni Batavorum apud S. et I. Luchtmans. 1823. 8°.

E libris C. F. Heinrichii qui adnotationes sat multas adscripsit.

150 (311, 10. a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 92 formae diversissimae.

C. F. Heinrichii in Ciceronis de republica librorum quae supersunt conlectanea.

Inscriptio duplex est: *zu Cicero de re publica* et *Cic. de re publ. Im Winter 1823—24.* Incipit: *Wir beginnen eine philologische Vorlesung . . .* Explicit: *Das ist also bei uns das Geschäft des Correctors!.* Isagogen in scholas de libro Ciceroniano habitas excipiunt annalium qui ‚*allgemeine Schulzeitung*' inscripti sunt anni 1829 paginae 434—448 recensionem editionis Heinrichianae maioris (1828) continentes et varia excerpta eiusdem editionis adparandae caussa facta inter quae extat epistola Naekii et ‚*specimen palimpsesti vaticani*' quod dedit A. Maius.

151 (312, 17). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, paginarum numeratarum 61.

C. F. Heinrichii scholae autographae de historicis Latinis habitae.

Inscriptio: *Historici Latini. Privatim 5 Stunden. Im Sommer 1807.* Incipit: *Der Ausdruck ‚classische Literatur' . . .* Explicit: *Daher schleichen sich immer mehrere Abweichungen ein, bis zum Verfalle.* Insunt huic volumini disquisitiones de Caesaris, Salusti, Livi, Tacitique vita et scriptis enarrationi scriptorum ipsorum publicae praemissae.

152 (23). fol.

Codex chartaceus saeculi XIIII, foliorum 71, linearum 44, librorum inscriptionibus rubris, litteris initialibus rubris et caeruleis, nitide scriptus.

C. Iulii Caesaris de bello Gallico libri VIII.

Inscriptio: *C. Iulii Cesaris commentariorum belli gallici liber primus.* Incipit: *Gallia est omnis divisa in partes tres.* Explicit abrupte (VIII, 52. med.): *nam Caius Curio, tribunus plebis, cum Cesaris . . .* Vltima capita turbata sunt, quoniam hoc ordine se excipiunt: 50, 54, 55, 51, 52. Capitis 52 extrema pars et caput 53 desiderantur. Fuit hic liber academiae Duisburgensis.

153 (26, v). 8°

P. Rutilii Lupi de figuris sententiarum et elocutionis libri duo. Recensuit et annotationes adiecit David Ruhnkenius. Accedunt Aquilae Romani et Iulii Rufiniani de eodem argumento libri. Lugduni Batavorum, apud Samuelem et Ioannem Luchtmans, 1768. 8°.

E libris Friderici Iacobi cuius adnotationes extant in margine.

154 (311, 2). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 8.

C. F. Heinrichii in Senecae ludum de morte Claudii observationes.

Inscriptio: *ad Senecae lud. de morte Claudii.* Incipit: *‚Est satira Menippea' SCAL. Das frügt sich!* Explicit: *Schoepflin. diss. de eodem argum.*

155 (311, 3). 8°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 35. Inscriptus est:

C. Plinii Sec. naturae historiarum praefatio ad Vespasianum Imp.

Incipit: *Sillig. Praef. ed. suae . . .* Explicit: *Condictio, Menag. Amoenitat. p. 268.* Continet hic liber editionem praefationis Plinianae cum notis marginalibus et commentario seorsum scripto C. F. Heinrichii.

156 (28, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 54 quorum 48 vacuum est.

C. Corneli Taciti annalium et historiarum libri conlati cum duobus codicibus Mediceis Florentinis ad editionem Ernestianam.

Incipit: *C. Cornelii Taciti . . .* Explicit: *quae flavianus in pania.* Scriptum est hoc volumen a Friderico Iacobo cuius in primo folio haec extant verba: *Hanc Taciti collationem, quam in I. Bekkeri beneficium curavit V. Ill. Furia, ego fideliter, cum I. B. benignitate ad me missa esset, descripsi. Lubecae, 1839.* FRIED. IACOB.

157 (28, a). 8°

C. Cornelii Taciti annales. Recensuit et commentarios suos adiecit Georg. Henricus Walther. Tom. II. III. Halis Saxonum, apud C. A. Schwetschke et filium. 1831. 8°.

E libris Friderici Iacobi qui pauca adscripsit.

158 (305, e). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 21.

Aug. Ferd. Naekii scholae autographae de Taciti Germania habitae.

Inscriptio: *Taciti Germ.* Incipit: *Sach- und Sprach-Philologen.* Explicit: *cuius valli exstare vestigia dicit Vogt.*

159 (28, v). fol.

C. Plinii Secundi Novocomensis panegyricus Traiano Aug. dictus. (Venetiis 1728). fol.

Adscripta est huic libro conlatio codicis de quo haec verba extant in initio: *Hanc C. Plinii Secundi Panegyrici editionem . . . cum codice msto membranaceo nitidissime, o si et correctissime scripto, et in Bibliotheca publica ibidem asservato, summo, quo potuit, studio contulit, phrasiumque, verborum, nominum, distinctionum insuper discrepantias in margine notavit Io. Balth. Starck, Consiliarius Saxo-Hildburghus. h. t. Venetiis degens. 1734.*

160 (33, a). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 12.

Iulii Frontini de aquis urbis Romae libri II.

Inscriptio: *Codex Cassinensis no. 361. Frontinus de aquaeductibus.* Incipit: *Incipit prologus . . .* Explicit: *tueri praestitit.* Hoc volumen continet apographum Frontini de aquis urbis Romae librorum e codice Cassinensi manu Olai Kellermanni accuratissime descriptum vel potius depictum. Vsus est nuperrime hoc apographo eisque subsidiis omnibus quae sub n. 161—165 recensebimus in emendando libello Frontiniano Franciscus Buecheler (Iulii Frontini de aquis urbis Romae libri II. Recensuit Franciscus Buecheler. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri 1858. 8°). Eaedem copiae quae exceptis Iahnianis (n. 163) emptae sunt ex hereditate Christ. Lud. Frid. Schultzii a. 1836, antea praesto fuerant Dederichio (Sex. Iulii Frontini de aquae ductibus urbis Romae liber . . . Andr. Dederichius Pars I. Vesaliae 1841. 8°). Codicem Cassinensem quem alii alio tempore scriptum iudicarunt, Buechelerus saeculo XIII probabiliter adsignavit. Cf. praef. pag. 8.

161 (33, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 21.

Iulii Frontini de aquis urbis Romae libri II.

Inscriptio: *Codex Vaticanus no. 4498. Frontinus de aquaeductibus.* Incipit: *Cum omnis res . . .* Explicit: *tueri praestitit.* Subscriptio: *Finis.* Exaratum est hoc apographum codicis Vaticani 4498 saec. XV Olai Kellermanni manu. Cf. Buech. praef. pag. 5.

162 (33, c). 12°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum numeratorum 58.

Iulii Frontini de aquis urbis Romae libri II.

Inscriptio: *Codex Vaticano-Vrbinas no. 1345 (idem qui Poleno no. 1150).* Incipit: *Prologus Iulii Frontini.* Explicit (fol. 52): *tueri praestitit.* Subscriptio: *Deo gratias. Amen.* In foliis 6 extremis figurae extant. Inest huic volumini apographum Kellermannianum codicis Vaticani-Vrbinatis saec. XV. Cf. Buech. praef. pag. 5.

163 (33, cc). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus, diversis manibus scriptus, foliorum 15 quorum 6 et 7 vacua sunt.

Codicum Frontinianorum specimina.

Inscriptionis loco extat notitia de horum speciminum origine data a Francisco Buechelero. Incipit: *Sext. Iul. Frontin. de aquaeductibus urbis Romae commentarius.* Explicit: *Marini Fr. Aru. p. 226 sqq.* Continentur his schedis conlatio codicis Cassinensis in priora libelli Frontiniani capita, eiusdem libelli initium descriptum e codice Vaticano-Vrbinate no. 1345 et integer liber primus e codice Vaticano no. 4498, quae duo apographa Kellermanni manu facta sunt, denique brevis librorum Frontinianorum notitia. Dono dedit has schedas bibliothecae Otto Iahnius a. 1858.

164 (33, d). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 123 quorum permulta vacua sunt.

Iulii Frontini de aquis urbis Romae libri II. (Recensuit, germanice reddidit, enarravit Christ. Lud. Frid. Schultz).

Inscriptio: *Sexti Iulii Frontini liber de aquaeductu urbis Romae. Des Sextus Iulius Frontinus Buch vom Wasserleiten der Stadt Rom.* Incipit: *Cum omnis res . . .* Explicit: *allem vorgehen dürfte.*

165 (33, e). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 44.

Christ. Lud. Frid. Schultzii in Iulii Frontini de aquis urbis Romae libros commentarius autographus.

Inscriptio: *Kritische Bemerkungen zur Feststellung des Textes.* Incipit: *Titel: de aquaeductu urbis Romae. Explicit: welche er sich auch hier erlaubt zu haben scheint.*

166 (33, f). 8°

S. Iulii Frontini libri quatuor strategematicon . . . curante Nicolao Schwebelio. Lipsiae, sumtu Engelh. Beni. Suikerti. 1772. 8°.

Fuit hic liber Friderici Iacobi, qui conlationem adscripsit *codicis Posnaniensis, quem,* inquit *adolescens quidam (Tyc nominatur) . . . possidet mihique concessit conferendum. Est ille liber quadriplicatus, forma oblonga, literis nitidis scriptus in pergameno . . . Praeter Florum (cf. ed. Freinsheim, cuius margini appinxi V. L.),* (vide n. 167) *Ruffum continet et hunc Frontinum; cuius folium ultimum dimidio recisum est . . . Post Ruffum legitur: Valens Augustus Imperavit anno dñi. 384. Amer, (nescio an Amen, fortasse tamen nomen Amer).*

167 (29, b). 8°

Lucii Annaei Flori rerum Romanarum editio nova. Accurante Ioanne Freinshemio. Argentorati, sumptibus heredum Lazari Zetzneri. 1636. 8°.

E libris Friderici Iacobi qui conlationem codicis Posnaniensis (de quo vide no. 166). diligentissime adpinxit.

168 (312, 29). 8°

C. Suetonius Tranquillus, ad optimas editiones collatus, praemittitur notitia literaria, accedit index studiis societatis Bipontinae, Biponti, ex typographia societatis. 1783. 8°.

E libris C. F. Heinrichi qui non nulla in margine adscripsit.

169 (31). 4°

Codex chartaceus saeculi XV, foliorum 200, singulorum librorum inscriptionibus et litteris initialibus rubris usque ad folium 152, diversis manibus nitide scriptus.

Iustinus, Florus et Vergili Georgica cum miscellis quibusdam.

Fuit hic liber (de quo cf. H. A. Grimmius apud I. H. Withofium in ‚kritische Anmerkungen'... I, 97 sqq. II, 147 sqq.) academiae Duisburgensis. Continentur eo scriptores hice:

a. fol. 1—104: *Iustini ex Trogo Pompeio historiarum libri XXXXIIII.* Incipit sine inscriptione: *Cum multi ex romanis . . .* Explicit: *in formam provinciae redegit.* Subscriptio: *Pompei trogi epithom̄ historiarum liber quadragesimus quartus explicit feliciter. pro illustri viro et dño dño Mauricio de Spegelberch comite canonico eccie Colonien et p̄posito Embricēn: per Wilhemū hamer de Keyserswerde sub añō dñi millesimo quadringensimo* (sic) *quinquagesimo Colonie.*

b. fol. 105—152: *L. Annaei Flori rerum Romanarum epitoma.* Inscriptio recentiore manu addita haec est: *Lucii Flori gestorū romanarū epithoma.* Incipit: *Populus Romanus a rege Romulo . . .* Explicit: *ipso nomine et titulo consecraretur.* Subscriptio: *Hic est finis. Lucii Annei Flori epytoma explicit.* Vsus est hoc libro in edendo Floro Dukerus.

c. fol. 153—186: *P. Vergili Maronis Georgicon libri IIII.* Inscriptio: *Virgilii Maronis Mantuani georgicorum liber primus feliciter incipit.* Incipit (I, 1): *quid faciat laetas segetes. . . .* Explicit (IIII, 566): *cecini sub tegmine fagi.* Subscriptio: *Publii Virgilii Maronis poete Mantuani georgicorum liber ultimus explicit anno dni MCCCCXL primo decimo octavo die mensis Augusti florencie per me Mauriciū de Spiegelberg Canonicum Coloniensem ac praepositum Embricensem.* Hic liber idem est qui apud Burmannum et Heynium *codex Tollianus* nominatur. (Wagn. IIII, 616).

d. fol. 185—196: *Probae Falconiae Cento. Inscriptionis* loco extant hi versus:

Aspice centonem quo Christi munera monstrat
Virgilium mire vaticinasse Proba
Virgilium Centone probat Proba vaticinatum
Et victimam mundi veteres res gestaque Christi.

Incipit post praefationem: *Iam dudum temerasse duces . . .* Explicit: *in religione nepotes.* Subscriptio: *Explicit centona Probe Maronis amantissime Mauritius scrips.*

e. fol. 196: (Inscriptio): *Invectiva Salustii in M. Tullium Ciceronum.* Incipit: *Graviter et iniquo animo maledicta . . .* Explicit: *illa parte fidem habens.*

f. fol. 196—198: (Inscriptio): *Tullii Ciceronis in Salustium invectiva.* Incipit: *Ea*

demum magna voluptas tibi est . . . Explicit: *honeste effari possum.* In fine (fol. 199) additi sunt 92 versus recentiores varii argumenti.

170 (34, v). 8°

Pomponius Mela. Iulius Solinus. Itinerarium Antonini Aug. Vibius Sequester. P. Victor. Dionysius Afer. . . . Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae soceri mense Octobri 1518. 8°.

E libris C. F Heinrichii qui in Itinerarium Antonini Augusti conlationem libri ms. adscripsit.

171 (31, v. c). 8°

L. Apuleii Madaurensis Metamorphoseos libri XI, cum notis et amplissimo indice Ioannis Pricaei. Accessit eiusdem index . . . Goudae, typis Gulielmi van der Hoeve. 1650. 8°.

E libris Th. Cortii qui complurium librorum scripturae discrepantiam in margine adscripsit. De eis libris haec extant eius verba: *Contuli cum trium, quatuorue mss. excerptis. Is codex quem M. notamus, plane ignotus mihi est nisi quod in fronte ed. Lugd. 1588, cuius margini variae lectt. adscriptae erant, notatum inveni: ‚collatum cum insigni ms. Vsum eius concessit V. C. I. A. Fabricius.' — L. notat excerpta Lindenbrogii ex duobus aut tribus mss. Florentinis quae excerpta ante nos habuit Elmenhorstius, qui notas Lindenbrogii turpissime sub suo nomine vulgavit. — al. editt. notat quibus variae lectt. adpictae erant. — Scal. Scaligeri lectiones designat, quas itidem adscripsit Lindenbrogius.*

172 (31, v. d). 8°

L. Apuleii Madaurensis Metamorphoseos libri XI, cum notis et amplissimo indice Ioannis Pricaei. Accessit eiusdem index . . . Goudae, typis Gulielmi van der Hoeve. 1650. 8°.

E libris Ch. Th. Harlesi qui conlationem codicis d'Orvilliani (de quo cf. Hildebr. praef. pag. 10) in margine adscripsit.

173 (31, v. b). 8°

L. Apuleii Madaurensis opera omnia quae exstant, emendata et aucta. Cura Petri Colvi Brugensis . . . Lugduni Batavorum, ex officina Plantiniana. 1588. 8°.

E libris Th. Cortii qui adscripsit conlationem librorum de quibus in initio certiores nos fecit his verbis: *L. notat mss. Florentinos vetustissimos. — G. notat Gudiana excerpta . . . ex codice Fabri, ut notatum ad de Deo Socrat. init.* (cf. pag. 285). — *M. hic designat excerpta duplicia, diversa a Florentinis, manu Lindenbrogii in singularibus chartis descripta quae Hamburgi* (cf. Petersen Gesch. d. Hamb. Stadtbibliothek p. 206) . . . *servantur . . . P. notat ms. Palatinum. — B. ms. Bertiniensem. — V. et V. C. alium codicem mseptum.*

174 (31, v. a). 8°.

Apulei Madaurensis Platonici opera omnia quae extant. Geverhartus Elmenhorstius recensuit . . . Francofurti, in officina Wecheliana a. 1621. 8°.

E libris Th. Cortii qui conlationes adscripsit librorum Florentinorum, copiarum Lindenbrogii et trium Guelpherbytanorum *quos*, inquit, *tres membranaceos his manibus, his oculis ipse usurpavi et omnes varietates diligenter exscripsi.*

175 (36). 4°

ca. 850 Codex membranaceus saeculi XII, foliorum 61, linearum 23, elegantissime scriptus.

Boethii de consolatione philosophica libri.

Incipit (II, 5 med. pag. 31, 13 Obb.): ... *opus est ad tuendam pretiosae suppellectilis varietatem.* Explicit: (V, 5 med.; pag. 110, 1 Obb.): *id universum esse non posse.* Desideratur praeterea V, 2 fin. — V, 4 med. Hic liber quem Francogalli abripuerunt rediit Parisiis a. 1814.

176 (32). 4°

Codex chartaceus saeculi XVII, paginarum numeratarum 376. Inscriptus est:

Agellii noctes Atticae cum cura et studio evolutae et publice praelectae a Viro clarissimo et doctissimo, Domino Philippo Carolo, Neopyrgio Palatino in Vniversitate Altdorphina P. P. anno CIↃIↃCXXVIII. Descripsi Albertus Richter.

Incipit: *S. N. D. B. In Agellii noctes Atticas animadversiones.* Explicit: *Lipsius in IV. Annal. Taciti p. 233* ... Subscriptio: *Substitit hic auctor et in Austriam ad Pontificios abiit. Anno Christi CIↃIↃCXXIX mense Quinctili.* Pertinent hae disquisitiones Gellianae ab initio usque ad libri XIIII caput 8.

177 (32, v). 8°

Nonii Marcelli de compendiosa doctrina per litteras ad filium et Fabii Planciadis Fulgentii expositio sermonis antiquorum. Ad fidem veterum codicum ediderunt . . . Fr. Dor. Gerlach et Car. Lud. Roth. Basiliae, impensis librariae Schweighauserianae. 1842. 8°.

Huic libro adscripserunt a. 1858 Ad. Kiesslingius et Aug. Wilmannsius, philologi Bonnenses, discrepantiam scripturae integram e libro Gudiano 96, *membr. in 4. sec. XI* (Eb. no. 592) et specimina scripturae e Gudiano 103, *membr. in fol. min., sec. XV. in Italio exarato, sed valde mutilo* (Eb. no. 594).

178 (39, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 26 quorum 9, 10 et 26 vacua sunt.

Vita Alexandri Magni. E codd. Paris.(inis). Donum Welckeri 1855.

Inscriptio duplex est: altera Fr. Ritschelii manu facta quam supra transscripsimus, altera Aug. Guil. Schlegelii manu haece: *Vita apocrypha Alexandri Magni. E codd. Paris. Für Hrn. Prof. Welcker von A. W. v. S.(chlegel).* Incipit: *Aegyptii sapientes.* . . . Explicit: *sepulchrum filius erigit pretiosissimum.* Inest huic volumini initium vitae Alexandri Magni quae Callistheni tribuitur Parisiis exscriptum manu A. G. Schlegelii eiusdemque initii apographum Christ. Lasseni manu factum e libro Parisino 8519, membr. saec. 13 (IIII, 467), addita scripturae discrepantia e libris item Parisinis 8520, membr. saec. 14 et 8515, chart. saec. 16. (IIII, 466 et 467).

SCRIPTORVM GRAECORVM ET LATINORVM SVPPLEMENTVM.

179 (311, 9). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 69 quorum 30, 67 et 69 scriptura vacant.

C. F. Heinrichii in Theognidem commentarius.

Inscriptio: *In Theognidem.* Incipit: *V. 1—18 vier verschiedene elegische Hymnen....* Explicit: *pag. 31. extr.* Donum F. Th. Welckeri anno 1859.

180 (9 d). 8°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 18.

(Nonni) *συναγωγὴ καὶ ἐξήγησις ὧν ἐμνήσθη ἱστοριῶν ὁ ἐν ἁγίοις γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὰ φῶτα λόγῳ.*

Incipit: *Τὸν δία οἱ θεολόγοι.* Explicit: *p. 59 not. 2. p. 60 not. 6.*

Prior huius voluminis particula (fol. 1—8) continet apographum opusculi Nonniani (quod primus edidit A. Maius spicilegii Romani vol. II pag. 381 sqq.) exaratum manu comitis Leopardi; posterior scripta ab eodem comite Leopardi descriptionem codicis bibliothecae Barberinae plurima praeterea variorum scripta complectentis. Apographum hoc a Welckero acceptum bibliothecae Bonnensi donavit Fridericus Ritschelius.

181 (1 b). 8°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 20 quorum 1^v, 3^v et 16 vacua sunt, diversis manibus scriptus.

Miscella.

Huic volumini insunt:

a. fol. 1—15 (Inscriptio): *Miscella. 1. Vita Euripidis e cod. Atheniensi. 2. Excerpta e Stobaei cod. Bruxellensi. 3. Collatio Bruti Ciceroniani cum ed. Rom. a. 1469. Donum Welckeri. 1855.* Incipit: *Γένος Εὐριπίδου.* Explicit: *in domo magnifici viri Petri de Maximo.* Folium 1^r continet initium vitae Euripideae excerptum teste Welckero a sacerdote Cyprio e codice bombycino Hecubae et Electrae; folium 2^r epistolam datam a C. Beving ad E. Weberum librarium Bonnensem ‚*Bruxelles le 11 Janv. 1832*', folium 2^v — fol. 3^r *varias lectiones in septem sapientum sententias a Stobaeo servatas* excerptas ab eodem Bevingio e codice ‚*chartaceo no. 910 saeculi XIV*'. Sequitur in fol. 4—15 collatio Bruti Ciceroniani cum editione Romana a. 1469.

b. fol. 17—20 (Inscriptio): *Dillenburger zu den Horazischen Scholien. Geschenk Welckers 1855.* Incipit ab epistola Dillenburgeri data ad Welckerum ‚*Münstereifel den 27. December 1839*' (fol. 18) quam excipiunt ‚*Emendationen zum Acron der*

Braunhard'schen Ausgabe et *zum Porphyrion nach der Braunhard'schen Ausgabe* (fol. 19. 20). Explicit: *non ist wegen des in in intell. ausgefallen, wenn es n̄ geschrieben war.*

182 (9, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 29, quorum 13 et 25 vacua sunt.

Excerpta e codicibus Moscoviensibus. Donum Welckeri 1855.

Continet hoc volumen:

a. fol. 1—17 (Inscriptio): *Βίος αἰσωποῦ τοῦ φιλοσόφου.* Incipit: *κατὰ πάντα τὸν βίον.* Explicit: *καὶ τὰ πάντα κάτω.* Vitae Aesopi praefixa est epistola Clossii data ad Welckerum *Dorpat Mai (18)35*. Sequitur initium et finis vitae Aesopicae e codice Moscoviensi Nr. 285: quam recte suspicatus est Westermannus eandem esse atque illam quam ipse edidit *e Vratislaviensi ac partim Monacensi et Vindobonensi codicibus Brunsvigae 1845*, (praef. pag. 3). Additae sunt fabulae nonnullae Aesopicae ex eodem codice. Cf. mus. Rhen. vet. vol. V (1837) pag. 331 sq.

b. fol. 18—29: *specimen scholiorum ad Euripidis Hecubam, Homeri Iliadem et Aristophanis Plutum.* Incipit: *οἱ Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἦκον, ἥκω λέγουσι.* Explicit: *πέπισμαι παρακειμ.* Scholia Euripidea et Aristophanea excerpta sunt e codice Moscoviensi nr. 298, Homerica e nr. 75.

183, a (251, η). fol.

Fragmentum codicis membranacei saeculi XI folii singularis.

P. Vergili Maronis Aeneidos libri I versus 470—529.

Incipit (in pagina versa): *Agnoscit lacrimans primo quae prodita somno.* Explicit: *Non ea vis animo nec tanta superbia victis.* Hoc fragmentum est e conlectione quadam foliorum singularium quam paravit Andr. Guil. Cramer.

183, b (251, οο). fol.

Fragmentum codicis membranacei saeculi XI folii singularis.

P. Vergili Maronis Aeneidos libri II versus 124—183.

Incipit: *Flagitat et mihi iam multi crudele canebant.* Explicit: *hanc pro palladio . . . . numine laeso.* Est hoc folium eiusdem codicis atque quod modo recensuimus. E conlectione Crameriana.

184 (251, ζζ). fol.

Fragmentum codicis membranacei saeculi XI folii singularis.

Q. Horati Flacci carminum primi libri XXI—XXIIII.

Inscriptio (carminis XXI): *Laudes ad chorum virginū et puerorū.* Incipit: *Dianā tenere dicite virgines.* Explicit (carm. XXIIII, v. 19): *Durum sed levius fit patientia.* E conlectione Crameriana.

185 (15, b). 4°

Fragmentum codicis membranacei saeculi XV, foliorum duo.

P. Ovidi Nasonis tristium libri II versus 57 — 200.

Incipit: *Optavi peteres celestia sidera tarde.* Explicit: *Hesit in imperii margine terra tui.* Donum Albr. Wilckens Nottularensis.

186 (251, mm). fol.

Fragmentum codicis membranacei saeculi XIIII, folii unius, cuius recta tantum pagina legi potest.

D. Iunii Iuvenalis satirae VI versus 180 — 221.

Incipit: *Nulla boni quoties animo corrupta superbo.* Explicit: *Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.* E conlectione Crameriana.

187 (32 v). 4°

L. Annaei Cornuti Grammatici antiquiss. commentum in Auli Persii Flacci satyras. Ex bibliotheca Ioannis Roussati, Eliae Vineti praefatione in idem commentum et annotationibus in easdem Persii satyras . . . . Lutetiae 1613. 4.

E libris Gurlitti publice venditis Hamburgi a. 1828. Passim is scripturae discrepantiam *codicis Hamburgensis 1* (cf. Petersen Gesch. d. Hamb. Stadtbibliothek pag. 206, O. Iahnii prolegg. Persii pag. CCIV) et adnotationes adscripsit.

188 (251, z). fol.

Fragmentum codicis membranacei saeculi XII folii singularis cuius non nisi sinistrum dimidium extat.

Marci Annaei Lucani Pharsaliae libri II versus 220—285.

Incipit: *Sanguine caeruleum tor. . . .* Explicit: *cato pectore voces.* E conlectione Crameriana.

189 (25). fol.

Fragmentum codicis membranacei saeculi XIIII folii singularis.

T. Livi ab urbe condita librorum I cap. 45—49.

Incipit (45 s. f.): *tu ante vivo perfunderis flumine.* Explicit (49, in fine): *domesticis consiliis R. p. administra*(vit). Donum Gustavi Eckertz, qui in fine folii haec adscripsit: *‚gefunden im April 1857 in der Kirche zu Flamersheim als innere Deckelbekleidung eines aus dem Kloster Schweinheim stammenden Choralbuchs von Dr. G. Eckertz'.* Cf. Freudenbergius in Iahni annalium vol. 77 (1858) pag. 439 sq.

190 (30 v, b). 4°

Caii Suetonii Tranquilli de XII caesaribus libri VIII. Eiusdem de illustri-

bus grammaticis et de claris rhetoribus. Isaacus Casaubonus ex fide vetustissimorum librorum recensuit et libros adiecit animadversionum. Editio altera ab auctore emendata et locis quamplurimis aucta. Genevae apud Samuelem Crispinum. 1611. 4.

Hoc volumen cuius marginibus Korttius conlationem codicis Suetoniani (saeculi XV iudice Rothio) adscripserat postquam per diutinum tempus in deperditis habitum est (cf. Rothii praef. pag. XXXII), casu nuper in Augusti Reifferscheidii manus venit. Is bibliothecae Bonnensi dono dedit a. 1859.

191 (30 v, a). 4°

Caius Suetonius Tranquillus cum Isaaci Casauboni animadversionibus et dissertationibus politicis Ioh. Henr. Boecleri, itemque uberrimo indice. Argentorati ex off. Ioh. Philippi Mülbii. 1647. 4.

E libris Gisberti Cuperi qui adnotationes uberrimas per totum volumen adscripsit.

192 (30 v, c). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 18 numeratorum.

Differentiae sermonum Remi Palemonis ex libro Suetonii.

Incipit: *Inter gnatum et natum.* Explicit: *licet et una res per alia saepe cum mutetur in genere ab specie.* Subscriptio: *explicit praescriptae verborum differentiae ex libro Suetoni Tranquillini qui inscribitur Pratum.* Vsus est hoc apographo quod a se factum e codice Montepessulano nr. 306 saec. IX Dübnerus Ritschelio, Ritschelius bibliothecae Bonnensi dono dedit, C. L. Rothius in Suetoni editione Teubneriana a. 1858. Cf. pag. 306—320, praef. pag. XCV sq.

193 (173 b). fol.

Codex membranaceus saeculi XIII, foliorum 161, linearum 38, litteris initialibus rubris duabus columnis scriptus.

Isidori Hispalensis etymologiarum libri XX.

Inscriptio (fol. 1r): *Ysidorus ethymologiar*(um). *Vöbula teuto*(ni)*ce.* (fol. 1v): *In nomine sancte et individue trinitatis incipiunt capitula libri ethymologiarum beati Ysidori episcopi conscripti ad Braulionem episcopum.* Incipit: *Capitulum primum de grammatica et partibus eius.* Explicit: *ut vis morbi ignis ardore siccetur.* In paginae extremae spatio vacuo additum est fragmentum glossarii sat memorabile. Incipit: *Lincis. lochs.* Explicit: *Ericius. igel.* Fuit hic liber monasterii ‚*sanctae Mariae de berge*' et ‚*Bibliothecae Regio-Dusseldorpiensis*'.

194 (173 d). fol.

Sancti Isidori Hispalensis Episcopi opera omnia quae extant . . . . per Margarinum de la Bigne. Parisiis, per Michaëlem Somnium. 1580. fol.

In hoc volumine nuper Aug. Reifferscheidius per librum quod ‚*de natura rerum*' inscribitur (fol. 147—157) scripturae discrepantiam integram e duobus codicibus Bambergensibus (Iaeck nr. 787 saec. VIII et nr. 786 saec. IX) diligentissime adscripsit. Eisdem libris praestantissimis a se ipso conlatis in edendo libello Isidoriano Gustavus Beckerus usus est. (Berolini 1857.)

195 (166 v). 8°

Pauli Orosii presbyteri Hispani adversus paganos historiarum libri VII . . . opera et studio Franc. Fabricii Marcodurani. Coloniae, apud Maternum Cholinum. 1561. 8.

E libris academiae Duisburgensis. In margine adscripta est discrepantia scripturae ‚*ex libro monasterii beatae Mariae virginis in lacu*' (i. e des Klosters Laach).

196 (312, 28). 8°

Caroli Frid. Heinrichii observationes in auctores veteres. Particula prima. Hannoverae, sumtibus Christ. Ritscheri. 1794. 8°.

E libris C. F. Heinrichii qui passim additamenta adscripsit. Idem in fine addidit *particulae secundae* quae nunquam elaborata est, indicem: unde quae illa sibi tractanda proposuerit Heinrichius cognoscitur.

197 (311, 4. 7. 15). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 114, quorum 37 et 98 vacua sunt.

Miscella. Scripsit C. F. Heinrich.

Insunt huic volumini:

a. fol. 1—44 (Inscriptio): *Silva emendationum.* Incipit: *Randbemerkungen. I. Bekkeri Anecd. Gr.* Explicit: *und schickte die Lesarten nachmals an Davisius; ebendas. p. 184.* Spectat haec *silva emendationum* ad scriptores diversissimos, cum Graecos tum Latinos.

b. fol. 45—87 (Inscriptio): *Observationes Linguae Latinae. Quam multa, oro te, dedocendi sumus, ut Latine discamus. Vavassor de vi et usu verborum p. 154 oper. Inchoatum in Holsatia, contin. ad Rhenum.* Incipit: *Beispiele von auctore.* Explicit: *De recta regione deflectere. ib.* (Cic. Verr. II) *68. Richtung.*

c. fol. 88—144 (Inscriptio): *Formulae sepulcrales, vel solemnes in sepulcris acclamationes. — Formulae salutandi in monumentis veterum. χαιρετίζειν, ὁ χαιρετισμός. Hemst. ad Plut. Aristoph. p. 254.* Incipit: *Ad hoc argumentum cf. vir doctus (Dorvillius).* Expit: *Vid. Valcken. diat. Eurip. p. 54. Heyn. opusc. T. VI pag. 449. f.*

198 (310, IX a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 518, quorum magna pars scriptura vacat.

A. F. Naekii excerptorum variorum volumen I.

Incipit: *Alciphronis Rhetoris Epist. lib. I XXXIII.* Explicit: *Denkwürdigkeiten aus der sächsischen Geschichte, der vaterländischen Jugend gewidmet, von K. A. Engelhardt. 4 Bde mit Kupfern. Dresden.*

199 (310, IX b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 415 quorum permulta vacua sunt.

A. F. Naekii excerptorum variorum volumen II.

Incipit: *Quintus Horatius Flaccus ex rec. et cum notis atque emend. R. Bentleii.* Explicit: *Fortdauernder Sturm. Viele kommen um mit ihren Schiffen. Andre entfliehen.*

200 (310, X a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 121.

A. F. Naekii excerptorum variorum volumen III.

Incipit: *Testimonia auctorum comam Berenices spectantia.* Explicit: *Wie γρυπαίετοι und andere obenerwähnte Thiernamen.*

201 (304, hh). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 24.

A. F. Naekii excerptorum variorum volumen IIII.

Incipit: *ἄγος, ἀγωνία.* Explicit: *und daher für die Kritik dieser Schriftsteller selbst vielleicht sein Werk zu empfehlen.*

202 (306, d). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 71 formae diversissimae quorum permulta vacua sunt.

A. F. Naekii excerptorum variorum volumen V.

Incipit: *Eust. ed. Rom.* Explicit abrupte: *und nichts, was der Mensch hört, geht verloren, wenn*

203 (309, VI 1). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 127.

A. F. Naekii excerptorum variorum volumen VI.

Incipit: *Leipziger Litteratur-Zeitung nr. 41.* Explicit: *exempli gratia pag. 116.*

204 (310, X b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 201.

A. F. Naekii excerptorum variorum volumen VII.

Incipit: *b. Censor Doeringii in Allg. Lit.-Zeit. a. 1790.* Explicit: *das sich auf seine inneren Gefühle* (und) *Vorstellungen bezieht.*

III

INSCRIPTIONES. HISTORIA LITTERARVM. GRAMMATICA. ANTIQVITATES. ARS ANTIQVA. ENCYCLOPAEDIA. OPERA ET OPVSCVLA.

205. (312, 24. 14. 5. 6). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 151, quorum 55^um^ vacuum est.

C. F. Heinrichii commentationes epigraphicae.

a. fol. 1—23 (Inscriptio): *Inscriptio Lilybaetana.* Incipit: *Vetus inscriptio.* Explicit: *Dionys. Thrax, in Fabric. B. Gr. To. 7.* Commentationem editam Kiliae a. 1815 ‚*vetus inscriptio inedita ex lapide Lilybaetano Frid. Munteri rev. episcopi Selandiae*' ipsius Heinrichii manu in marginibus auctam et correctam secuntur eiusdem conlectanea ad illam inlustrandam spectantia.

b. fol. 24—60. Inscriptio duplex est, 1. (fol. 24): *Epitaphium Basillae mimae.* 2. (fol. 25): *Caroli Friderici Heinrichii Eloq. et ll. Graec. Prof. ord. in Acad. Kiliensi Explicatio veteris Graecae inscriptionis Aquileiensis a Corayo nuper Parisiis editae. Accedunt auctarium observationes de mimis veterum.* Incipit: *Adamantius Corayus T. VI τῆς Ἑλληνικῆς Βιβλιοθήκης . . . .* Explicit: *ἠθολόγον prius explicarat ad Plutarchi Coriolan. T. II. Vitar. p. 383.*

c. fol. 61—122 (Inscriptio): *Inscriptiones Bonnenses.* Incipit: *Annotata ad Hüpschii Epigrammatogr. Pag. 34 nr. 41 . . . .* Explicit: *inscriptio Hersellensis, Minola p. 253.*

d. fol. 123—151 (Inscriptio): *Hercules Saxanus.* Incipit: *Beger Hercules Ethnicorum 1707. Hieron. Alexander.* Explicit: *curiosos rerum nihili, testarum et quisquiliarum venatores.*

206 (51, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 96, quorum paginae usque ad folium 69 numeratae sunt.

Christ's Abhandlung über die Litteratur und Kunstwerke des Alterthums.

Incipit: *Erste Abtheilung. Von der Litteratur Beschaffenheit . . . .* Explicit: *mit Entdeckung der Sprache und dem Anwachs der Gelehrsamkeit taeglich zunimmt.* Opus

hoc postumum Ioannis Friderici Christii edidit Ioannes Carolus Zeunius Lipsiae a. 1776, plura huius libri apographa etiam tum extitisse testans in praefatione. Exemplar Bonnense, in quo pars duodecima ‚von den gedruckten Büchern' (cf. pag. 337—358 ed. Zeun.) desideratur, antea possedit ‚F. Wagner. 1789'. Bibliothecae dono dedit Alfredus Nicolovius anno 1848.

207 (53, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 139.

Griechische Literatur. Wintervorlesungen des Herrn Hofrath Heyne. Den 27. October 1791. (Nachgeschrieben von) Heinrich.

Incipit: *Literatur Inbegriff der Kenntnisse einer Nazion.* Explicit: *So sind in die Excerpte* (des Eustathius) *weitläufige Ausschweifungen über Etymologieen, Deklinazionen und Accente hineingepfropft, die gar nicht zum Homer gehören.*

208 (53, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII ineuntis foliorum 8.

Ueber das Drama der Griechen und Römer von Herrn Professor (F. A.) Wolf. (Nachgeschrieben von) Giesebrecht.

Incipit: *Man kann das Drama und Theater in historischer und ästhetischer Rücksicht betrachten.* Explicit: *Philocles . . . . trug sogar einmal den Preis über des Sophokles Oedipus* (Rex) *davon.* Ex Vhdeni libris qui publice venditi sunt Berolini anno 1836.

209 (305, g). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 26.

A. F. Naekii scholae autographae de poesi Graecorum habitae.

Inscriptio: *Colleg. über Gesch*(ichte) *d*(er) *griech.*(ischen) *Poesie im Sommerhalbj.*(ahr) *1812.* Incipit: *G. d. gr. P. ein grosses Unternehmen.* Explicit: *Die ältesten Lyr.*(iker) *haben noch Hexam.*(eter) *gesungen und ihr Hauptverdienst bestand in der* (*Compos.* / *μέλη*) *dieser Verse.*

210 (305, f). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 100 formae diversissimae, quorum 16, 45, 86 et 96 vacua sunt.

A. F. Naekii scholae autographae de litterarum Graecarum historia habitae.

Incipit: *Zunaechst für den Gebrauch: Hauptfundgruben bleiben immer . . . .* Explicit: *und auch in der Blüthezeit eines solchen Extrems bleiben ja genug gescheite Leute unangesteckt.* Libro praefixus est index auditorum anni 1830/31.

211 (304, f) fol.

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 9, quorum paginae numeratae sunt.

A. F. Naekii in epigrammata Graecorum Romanorumque conlectanea.

Incipit: *Ueber das Epigramm im Allgemeinen: von älteren: I. C. Scaliger.* Explicit: *Auch der Witz gleich vorher bei Sueton ist gut.*

212 (55, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII ineuntis foliorum 173, quorum 93, 94 et 145 scriptura vacat.

Römische Literatur vorgetragen von Herrn Prof. (F. A.) Wolf. (Nachgeschrieben von) Giesebrecht.

Incipit: *Geschichte der Römischen Literatur. Es sind uns von den beiden gelehrten Nationen des Alterthums dreierlei Denkmale übrig.* Explicit: *In Paris ist gewiss auch noch viel.* E libris Vhdeni. Scholae quas Wolfius de litterarum Romanarum historia habuit Guertlerianae editionis volumine III (Lipsiae 1832) evulgatae sunt.

213 (306, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 70 formae diversae, quorum 40 et 70 vacua sunt.

A. F. Naekii scholae autographae de litterarum Romanarum historia habitae.

Incipit: *Einleitung über die verhältnissmässig späte Ausbildung der lat. Sprache zu grossen Dichterwerken.* Explicit: *über die Mimen vgl. Octavii Ferrarii de Pantomimis et mimis dissertatio — Wolfenb. in nr. 2389 der bib. Harles.* Praefixus est index auditorum anni 1828.

214 (312, 16). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 68 quorum 37 et 62 vacua sunt.

Observationes de mimis veterum. (Scripsit C. F.) Heinrich.

Incipit: *Octav. Ferrarii diss. publice olim in Patavino Lyceo habita . . . .* Explicit: *Apud Plutarchum in Sulla c. 36 pro λναιφδὸς Reiskius, opiniosissimus homo, susp. ὁ λυρωδὸς.* In fine addita est Andr. Guil. Crameri *de iuvenibus apud Callistratum Ictum* commentatio. *Kiliae 1814.*

215 (67 v). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 13.

Miscella palaeographica.

Insunt huic volumini quod conlegit M. A. Scholzius specimina scripturae e diversissimae aetatis libris cum Graecis tum Latinis, Hebraicis, Punicis. Pars foliorum, typis descripta, e libris editis desumpta est.

216 (65). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 89 quorum paginae numeratae sunt.

Traité sur l'ancienne prononciation de la langue Grecque. (Elaboravit incertus quidam scriptor Gallicus).

Incipit (pag. 9): *Notice des auteurs et des livres cités dans ce traité.* Explicit abrupte: *ce qui peut avoir trompé Dausquius, c'est que Saint-Adelin.* Praecedunt operi a) tria folia formae minoris indicem generalem continentia, b) folium unum *indicem Grammaticorum Graecorum confectum a Friderico Ritschelio'* continens. In initio libri haec sua manu scripsit Ritschelius: *Hunc librum hodie donum accepi amica Caroli Wittii liberalitate. Huic ante aliquot annos Vindobonae donavit Pilatus. Libri auctor nullo vestigio liquet. Scripsi Vratislaviae d. XXIX m. Mart. a. 1834. Fridericus Ritschelius Profes sor Vratislaviensis. — Bibliothecae regiae academicae Bonnensi donavi d. 21. m. Nov. a. 1855 idem Fridericus Ritschelius.*

217 (62, d). fol.

Fragmentum codicis saeculi X, foliorum 2.

Glossarii latini fragmentum.

Incipit: *Video intellego sentio.* Explicit: *pondere vel.* Et utrumque folium in superiore parte perforatum est, et in utraque pagina versa dimidii superioris scriptura ita deleta ut vix legi queat. Donum Trossii Hammensis.

218 (66, a). 4°

Codex membranaceus saeculi XI, foliorum 87 numeratorum, linearum 30—31 litteris initialibus rubris nitide scriptus.

Miscella grammatica. Phocas. Q. Serenus Sammonicus. Dicta Aristotelis.

Inscriptio: *liber beatae Mariae virginis in lacu. in hoc habetur Rapiarium ex diversis. Item liber quidam metricus Quinti Sereni de medicina, dicta Aristotelis.* Insunt huic volumini quod Francogalli abripuerunt haece:

a. fol. 1—25: *Miscella maxima ex parte argumenti grammatici.* Incipit: *Ianuarius Augustus et Decemb.* Explicit: *et apocalypsin continet.*

b. fol. 26—39 (Inscriptio): *Ars Focae grammatici.* Incipit: *Ars mea multorum es quos secula prisca tulerunt.* Explicit: *ut vigilanda viris et his similia.* Subscriptio: *explicit libellus Focae grammatici.*

c. fol. 39—71: *Miscella argumenti diversissimi.* Incipit: *Anno domini incarnationis.* Explicit: *de potione laborant.* Inter disquisitiones historici, theologici, grammatici argumenti extat florilegium ex Horatio.

d. 72—81 duabus columnis scriptus *liber Quinti Sereni* (Sammonici) *de arte medendi.* Incipit: *Portio si capitis morbo temptatur acuto.* Explicit: *Nullus erit sanguis quem non cibus iste moretur.* Subscriptio: *Explicat* liber medicinalis Quinti Sereni.

c. fol. 81—87 (Inscriptio): *Dicta Aristotelis.* Incipit: *Fleotomorum incisiones cum cautela fieri oportet.* Explicit: *nec indignemini persumpsisse nos talia coepta . . . . sufferat.*

219 (62, c). 12°

Codex membranaceus saeculi XIIII, foliorum 179, linearum ab initio 37 (usque ad folium 12) postea 39, litteris initialibus plerumque rubris, nonnunquam caeruleis nitidissime scriptus.

Liber de diversis significationibus quarundam rerum et de interpretationibus quorundam nominum tam grecorum quam hebraicorum.

Incipit: *Incipit prologus in librum . . . . Quisquis ad sacre scripture notitiam desiderat pervenire.* Explicit: *Id est Carnis mortificatione in membris.* Versatur hic liber qui olim fuit bibliothecae gymnasii Confluentini, maxima ex parte in scripturae sacrae vocabulis explicandis.

220 $\frac{a}{2}$ (62, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XV, foliorum 374 numeratorum quorum 144 vacuum est, diversis manibus multis compendiis scriptus.

Liber monasterii b(eatae) Mariae in lacu, in quo continetur nominarius et verbarius. Item Abcdarius. Item liber moralium antiquorum philosophorum. Item liber moralium antiquorum poetarum et barbarorum quorundam.

a. fol. 1—126 linearum 32—33, duarum columnarum. Inscriptio: *Incipit nominarius et verbarius* (Latino-Germanicus). Incipit: *Ex quo omnes homines natura scire desiderant.* Subscriptio: *Deo gratias. Finis nominarii et verbarii . . . . anno M°CCCC°LXVI°. . . . Laus deo et matri suae.*

b. fol. 127—143 linearum 23 vel 24 usque ad fol. 132, postea 27—29. Inscriptio: *Incipit Abcdarius.* Incipit: *Hic Abcdarii bitonas canit ordo scholai, Voces . . . .* Explicit: *Est arbor ficus, sed res est regia fiscus . . . . est mihi viscus.* Subscriptio: *Expliciunt versus in quantitate differentes.* Insunt praecepta de vocabulorum aeque sonantium diversa quantitate, versibus ex parte elegantissimis perscripta.

c. fol. 145—192 linearum 37, sub finem conplurium, duarum columnarum *Liber moralium antiquorum philosophorum.* Incipit: *Primo metaphysicae. Omnes homines natura.* Explicit: *de quo confidendum non est.* Subscriptio: *Explicit liber moralium antiquorum philosophorum. Deo gratias.* Insunt excerpta ex Aristotele, Platone, Ptolemaeo aliis.

d. fol. 193—374 linearum 25—28 usque ad folium 359, 40 vel conplurium deinceps. Ab eodem folio 360 litterae initiales rubrae desinunt. *Liber moralium antiquorum poetarum et barbarorum quorundam.* Incipit: *O quam difficile studium non perdere vultu. Nam vehemens studii macie labor afficit artus.* Explicit: *corde quieto.* Subscriptio: *Explicit omne punctum. Deo Gratias. Amen.* Continentur hoc florilegio excerpta ex Ovidio,

Horatio, Iuvenale, Claudiano, Henrico paupere, Gaufredo, aliis. In folio 219 r. haec legitur subscriptio: *Hic antiquorum finiuntur. Sequuntur novorum flores doctorum a doctis comprobatorum.* A folio 360 usque ad finem extat carmen cuius hoc est initium: *Ab brevitate stili modulo scribo puerili Quae tu subtili condas in pectore fili.*

221 (63, a). 8°

Codex membranaceus saeculi XV, foliorum 10 numeratorum linearum 29, litteris initialibus rubris et caeruleis, duabus columnis scriptus.

Vocabularium Latino-Germanicum.

Incipit: *Incipiunt vocabula. Homo eyn mensche.* Explicit: *Tussio husten. Ructo reupszen.*

222 (66, b). 8°

Deutsch-lateinisches Lexicon aus den römischen Classikern zusammengetragen und nach den besten neuern Hülfsmitteln bearbeitet von Friedrich Karl Kraft. Erster und zweiter Theil. Zweite Auflage. Leipzig und Merseburg, Ernst Klein. 1824.

E libris Guil. Ernesti Weberi qui additamenta haud pauca adscripsit.

223 (66, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 735 formae diversissimae.

Guil. Ernesti Weberi excerpta e scriptoribus latinis.

Incipit: *Cicero de Or.*(atore). *Herz der Sache viscera causae.* Explicit: *beseitigen transigere de* (Tacit. Ann.) *II, 65.* Insunt copiae quas Weberus lexici Germanico-Latini condendi caussa e plurimis scriptoribus Latinis congessit, prae ceteris e Cicerone, Livio, Tacito, Quinctiliano.

224 (312, 21). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 56. Vsque ad foliorum 21 paginae numeratae sunt.

C. F. Heinrichii scholae autographae de arte Latine scribendi habitae.

Inscriptio: *Lateinischer Stil.* Incipit: *Der Gegenstand, über welchen ich reden will, heisst gewoehnlich der lateinische Stil.* Explicit: *Heeren S. 69 ff.*

225 (308, i). 8°

A. F. Naekii de allitteratione commentatio. Mus. Rhen. Veterr. vol. III (1839) pag. 325—418.

E libris A. F. Naekii qui in chartis ubique insertis permulta adscripsit supplementa.

226 (309, m). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 18.

Godofredi Hermanni scholae metricae. Scripsit A. F. Naeke.

Incipit: *Die Metrik hat bis jetzt 4 Perioden erlebt.* Explicit: *S. Eurip. Phoen. Einige Stücke so ἀπολελυμένα.* Scriptus est hic liber Lipsiae anno 1804.

227 (306, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 48 formae diversissimae.

A. F. Naekii scholae autographae de arte metrica Romanorum habitae.

Inscriptio: *Lat. Vers-u. Dichtkunst 1830.* Incipit: *Lat. Verskunst. Saturnius. Blick auf die griech. Hexameter: was bei den Griechen dem Hexameter etwa vorausging.* Explicit: *Plut. de Pyth. oraculis p. 584. l. VII. R.* In initio libri additus est index auditorum anni 1830.

228 (57). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 87 numeratorum.

Antiquitates Graecae sive notitia populorum, civitatum, religionum, vitae et morum Graeciae antiquae. (Scholae Heynianae quas scripsit C. F. Heinrich).

Incipit: *Griech. Antiquitäten: Inbegriff von Kenntnissen, die ein Humanist wissen soll und muss.* Explicit: *nicht aber Leibesstärke des einzelnen Mannes.*

229 (58). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 155 quorum 69, 70, 136 et 146 vacua sunt. Vsque ad folium 63 paginae numeratae sunt.

Mythologie der Griechen vorgetragen von Herrn Prof. Dr. Solger, nachgeschrieben von Adolph Helm stud. theolog. Berlin im Winterhalbjahre 1816—1817.

Incriptio altera: *Mythologie der Griechen, angefangen am 28. Oktober 1816.* Incipit: *Einleitung. Art und Methode. Mythologie ist diese Vorlesung nur des gewöhnlichen Sprachgebrauchs wegen genannt.* Subscriptio: *geschlossen am 20. März 1817.* E libris Vhdeni.

230 (312, 22). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 56 quorum 31v, 32, 51, 54 et 56 vacua sunt. Vsque ad folium 30 paginae numeratae sunt.

C. F. Heinrichii Scholae autographae de mythologia Graecorum habitae.

Incipit: *Mythologie ist ein sehr wichtiger, ja einer der wichtigsten Theile der Philologie.* Explicit: *quas Creuzerus collegit, Mythol. T. III. p. 420. s.*

231 (55, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 243 quorum paginae numeratae sunt.

Dictata quaedam de antiquitatibus Romanis Iohannis Schraderi, Eloquentiae et Historiarum nec non Historiae Patriae et Poesios professoris ordinarii in Frisiorum academia quae est Franequerae. (Scripsit) G. Coopmanns a. 1763.

Incipit: *Prolegomena de Romanorum antiquitatum utilitate.* Explicit: *Sigonius de iudiciis l. 3.* Subscriptio: *Finis*, quam sequitur tabula ‚*adbreviationum*'. Inter paginam 462 et 463 insertus est ‚*index capitum*' qui 8 foliis continetur. E libris C. F. Heinrichii.

232 (55, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 193 quorum 130—132 et 145 vacua sunt.

C. G. Heynii scholae de antiquitatibus Romanis et de litterarum Romanarum historia habitae. Scripsit C. F. Heinrich.

Hoc volumen cui praefixus est liber typis descriptus: *Antiquitas Romana inprimis iuris Romani, in usum lectionum academicarum adumbrata a C. G. Heyne. Gottingae, Ioh. Christ. Dieterich 1779. 8°* continet

a. fol. 1—136 (Inscriptio): *Römische Alterthümer. C. F. Heinrich. angef.*(angen) *zu Goettingen d. 25. April 1793.* Incipit: *Römische Alterthümer. Alterthümer Roms ein blos verwandtes Studium: Kenntniss von den Ueberbleibseln der Stadt.* Explicit: *und das Bürgerrecht allen ertheilt.*

b. fol. 137—193 (Inscriptio): *Römische Literatur. Angef.*(angen) zu *Goettingen d. 28. October 1793.* Incipit: *Römische Literatur. Encyclopaedia classica est orbis. . . .* Explicit: *Vibius sequester. Pervigilium Veneris.*

233 (59, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII incuntis foliorum 169 quorum 124 vacuum est.

Römische Alterthümer. Vorgetragen von Herrn Professor (F. A.) Wolf. (Nachgeschrieben von) Giesebrecht.

Incipit: *Römische Alterthümer. Der Name Alterthümer bezieht sich auf eine historische Wissenschaft.* Explicit: *und hier ist im Alterthum eine grosse Sorgfalt.* E libris Vhdeni qui publice venditi sunt Berolini anno 1836. Wolfianae de antiquitatibus Romanis scholae quinto editionis Guertlerianae volumine (Lipsiae 1835) continentur.

234 (59, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 252 quorum 204 vacuum est. Vsque ad folium 203 paginae numeratae sunt.

Cel. Petri Burmanni I. U. D. . . . . de magistratibus Romanis recitationes publicae.

Incipit: *Praefatio de scriptoribus.* Explicit (pag. 406): *nisi quod tantum sex fascibus uterentur, cum proconsules 12.* Emptus est hic liber Lugduni Batavorum anno 1825.

235 (51, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 276.

Hofrath Heyne's Vorlesungen über die Archäologie. Im Sommer 1793. (Nachgeschrieben von) C. F. Heinrich.

Incipit: *Den 23. April 1793. Archäologie. Besser: Anleitung zu dem Studium der Antike.* Explicit: *Dallaway Anecdotes of the Arts in England. Den 14. Sept. 1793.*

236 (51, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 147 quorum 59, 60 et 140 scriptura vacant. Vsque ad folium 60 paginae numeratae sunt.

Geschichte der Kunst bei den Völkern des Alterthums. Geschrieben nach den Vorlesungen von F. A. Wolf. Halle, Ostern bis Michaelis 1806. C. Schneider.

Incipit: *Kunstgeschichte des Alterthums. Das Alterthum besteht für uns in dreierlei Arten von Ueberresten.* Explicit: *auch in Preisslers kleinen Kupfern zu sehen.* E libris Conradi Levezow qui publice venditi sunt Berolini anno 1836.

237 (51, e). 4°

Handbuch der Archäologie der Kunst von K. O. Müller. Zweite Ausgabe. Pag. I—XIV. 1—348). Breslau, Iosef Max und Komp. 1835. 8.

Huius exemplaris margines latissimi instructi sunt C. O. Muelleri additamentis autographis, uberrimis usque ad paginam 125, rarioribus deinceps. In initio libri haec extant. Welckeri verba: *Der k. Universitätsbibliothek übergiebt der Unterzeichnete das ihm von der Wittwe des Verfassers geschenkte Handexemplar des Verfassers, das von ihm bei der Besorgung der 3. Ausgabe durchaus nicht berücksichtigt worden ist, vielleicht aber künftig von einem „Archaeologen" noch benutzt werden kann. Bonn, 6. Iuli 1857. F. G. Welcker.*

238 (51, f). 8°

Georg Zoega's Abhandlungen. Herausgegeben und mit Zusätzen begleitet von Friedrich Gottlieb Welcker. Mit 5 Kupfertafeln. Göttingen, Dieterich. 1817. 8°.

E libris Ch. Th. Wernsdorfii qui passim adnotationes adscripsit.

239 (312, 27). 4°

Hermaphroditorum, artis antiquae operibus illustrium, origines et causae. (Commentatio academica. Scripsit C. F. Heinrich). Kiliae 1805. 4°.

E libris Heinrichii qui et margines additamentis implevit et in fine praeter nuntiorum Gottingensium anni 1805 fasciculum animadversionum 4 folia addidit. Praeterea iuxta libri titulum haec scripsit Heinrichius: *Commentatio curis secundis aucta et retractata. Dedication: Georgio Zoëga Dano Romae inquilino.* Extrema verba inde a *Dedication* postea atramento delevit.

240 (311, 1). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 4.

C. F. Heinrichii in vasculum Locris repertum animadversiones autographae.

Inscriptio: *Die gemalte Vase von Lokri und die Keledonen.* Incipit: *Die gelehrten Forschungen des Rostocker Philologen* (I. G. Huschke) *über die Inschrift.* . . . Explicit: *ἀμφὶ δὲ Γοργόνες. Eurip. Ion 232.*

241 (58, v). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 2.

Collectaneen des Prof. Ulrichs in Athen in Betreff der sogenannten Pnyx.

Incipit: *Auf dem Areopag.* Explicit: *Müller Archäol. 289. Anm. 3. hält die Pnyx für theaterförmig.* Donum Welckeri.

242 (51, d). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 11 numeratorum.

Explication d'un Bas - relief Egyptien, Et de l'inscription Phénicienne qui l'accompagne. Par M. l'Abbé Barthélemy.

Incipit: *Ce Bas-relief exécuté* . . . . Explicit: *ce que je ne puis décider.* E libris Reuvensii qui publice venditi sunt Lugd. Bat. a. 1838. Propria is, nisi omnia nos fallunt, manu hanc Barthélemyi commentationem descripsit editam eam in ‚mémoires de littérature de l'académie royale des inscriptions et belles lettres.' Vol. XXXII (Paris 1768) pag. 725 —738. Nec omisit Reuvensius tabulas tres additas ex exemplari Barthélemyano religiose delineare.

243 (72). 4°

Codex chartacéus saeculi XVIII, foliorum 171 quorum paginae numeratae sunt.

Friedrich August Wolfs Vorlesungen über die philologische Encyclopaedie im Jahre 1798.

Incipit: *Einleitung. Ueber Encyclopaedie überhaupt. Der Ausdruck ist etwas unbestimmt.* Explicit: *Das schönste Buch ist das von Hamilton 4 fol.* E libris Heinrichii qui paucissima in margine adscripsit.

244 (312, 18). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 87 quorum paginae numeratae sunt.

C. F. Heinrichii scholae autographae de encyclopaedia philologiae universae habitae.

Inscriptio: *Philologiae et disciplinae philologicae descriptio. Begriff und Umfang der Philologie und des philologischen Studiums. 1. Publice im Sommer 1807. 2 Stunden. 2. Publice. Winter 1808—9. 2 St. 3. Sommer 1811 2 St. 4. Sommer 1817. 2 St.*

(Kiliae). *5. Sommer 1819 in Bonn. 6. Sommer 1820 in Bonn.* Incipit: *In dem grossen Gebiete der Wissenschaften und der Gelehrsamkeit.* Explicit: *Ex Δαϝος servatum esse Davus, monet etiam Priscianus C. VI. p. 709. Putsch.*

245 (312, 19). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 54 quorum 50mum vacuum est. Vsque ad folium 49 paginae numeratae sunt.

C. F. Heinrichii scholae de encyclopaedia philologiae universae habitae.

Inscriptio: *Encyclopaedia philologiae universae.* Incipit: *Est genus aliquod litterarum, seu disciplinae quaedam . . . .* Explicit: *Graecorum et populorum omnium res omnes ex Paradiso repetere.* Hunc librum qui scripsit — discipulus quidam Heinrichii, nisi fallimur — Heinrichianas de philologiae encyclopaedia scholas ex illius autographo quod modo sub Nr. 244 recensuimus latine interpretatus est. Postea Heinrichius sua manu additamenta et correcturas passim adscripsit. Folia 4 extrema conlectanea nonnulla Heinrichii autographa continent.

246 (306, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 31 formae diversae.

A. F. Naekii scholae autographae de arte critica habitae.

Incipit: *Ioannis Clerici ars critica.* Explicit: *meine Miscella critica im N. Rh. Museum. 1. 3.* In initio libri habes indicem auditorum anni $18^{37}/_{38}$.

247 (69). fol.

Codex membranaceus saeculi XVI deleticius foliorum 133 quorum 131 vacuum est, linearum 28, inscriptionibus et litteris initialibus rubris.

Variorum carminum libri tres charissimo fratri Ioanni Butzbachio Piemontano praeceptori suo dignissimo: per fratrem Iacobum Siberti de Moyo Euphali(a)e cenobitam Lacensem discipulum suum nuncupati.

In superiore parte folii primi atramento rubro haec scripta sunt: *Liber monasterij beatae Mariae virginis in lacu quem scripsit frater Valerius Meyen adiuvante fratre Gregorio Euphaliano.* Incipit (praefatio): *Honorabilibus et religiosis dominis . . . .* In fine praefationis haec leguntur (fol. 6v): *Vale humanissime praeceptor et amantem tui Iacobum tibique obsequentissimum (ut facis) dilige. Iterum vale ex cella pridie kalendas Octobres anno salutiferi et virginei partus supra millesimum quingentesimum quinto . . . . . .* Primi carminis exordium hoc est: *Plaude lacus moneo frontemque attollito letam. Te iacobus celebrat personitante lira.* Explicit: *Porro tribus dominum salvatoremque benignum Sepius offendi memorando loquendo et agendo.* Raptus est hic liber initio huius saeculi a Francogallis. Pristinae scripturae quae fuisse videtur saeculi IX vel X vestigia

ubique apparent. De Iacobo Siberti cf. Ziegenbauer hist. rei litt. ord. S. Bened. (Aug. Vind. 1754) III, 337 et Gieseler symbolae ad hist. monast. Lac. (Bonnae 1826) p. 13.

248 (68, d). 4°

Codex chartaceus saeculi ut videtur XVII, foliorum 8.

In amplissimae clarissimaeque urbis Coloniae laudem Hermanni Buschii Pasiphili Sylva, cui Titulus Flora.

Incipit: *Flora vocor, vernis hospes mea tempora sertis.* Explicit: *Integra et a dignis solum pangenda Camenis.* Hunc librum qui scripsit margines explicationibus complevit. Carmen Buschianum editum est Coloniae, *Henricus Mameranus excudebat in platea Iudaica anno 1550'.*

249 (68, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 120 quorum paginae numeratae sunt.

Guntheri poetae Ligurini de rebus gestis Caesaris Friderici I libri X.

Incipit: *ARGVMENTVM LIBRI PRIMI. Primus habet primos electi Regis honores.* Explicit: *Sit fortuna tuis, et felix exitus ausis. Libri Decimi Finis . .* Scriptus est hic liber Duisburgi manu I. H. Withofii anno 1726 ex editione Basileensi Petri Pithoei quae prodiit apud Petrum Pernam anno CIↃIↃLXIX' quod ipse in primo folio testatus est. De Gunthero cf. Reuberi veteres scriptores, ubi et carmen ipsum repetitum reperies.

250 (312, 23). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 8.

C. F. Heinrichii in vitam Iosephi Scaligeri eiusdemque epistulas conlectanea.

Inscriptio: *Vita Ios. Scaligeri. — Ad Epistolas Scaligeri.* Incipit: *Colomesius opp. ed. Fabric. p. 115 . . . .* Explicit: *Die opera Scaligeri sollten in Paris erscheinen. Sylloge Epistol. IV, 15.*

251 (71 v, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVII, foliorum 41.

Iacobi Tollii epistolae itinerariae autographae.

Inscriptio: *Iac. Tollii epistolarum Italicarum prima sive Iter Berolinense ad Perillustr. Nobiliss. ac Ampliss. Virum d. Nicolaum Witsen Cos. Amst.* Incipit: *Probaturum me publico huiusce itineris consilium.* Explicit (pag. 204, 1 edit. Henn.): *reversus iter Hungaricum sesquimense absolvi.* Ex his schedis — quae olim fuerunt academiae Duisburgensis — H. Ch. Henninius editionem Tollianarum epistolarum curavit (Amstelaedami 1700).

252 (71 v, c) 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 70 quorum permulta scriptura vacant.

Godofredi Hermanni epistolae Lipsienses ad A. F. Naekium datae autographae.

Incipit: *Quod in docendis artibus iucundissimum est.* Explicit: *Mit alter Liebe stets der Ihrige G. Hermann. Leipzig den 7. April 1838.* Harum 36 epistolarum una d. d. ‚Lipsiae d. XXVI Nov. CIↃIↃCCCXII' — praeter testimonium Naekio Halam missum quod in initio voluminis conlocatum est — lingua latina conposita est, continens illa Hermanni iudicium de Naekii ‚schedis criticis'. Scriptae sunt epistolae annis 1810—1838, bibliothecae Bonnensi dono datae a Welckero anno 1859.

253 (71 v, d). 8°

Codex chartaceus saeculi XVIIII, foliorum 36.

B. G. Niebuhrii epistolae Bonnenses ad A. F. Naekium datae autographae.

Incipit: *Die Einlage ist für Ew. Wohlgeboren.* Explicit: *Herrn Professor Naeke Wohlgeboren.* Harum 22 epistularum schedularumque, scriptarum anno 1826 sqq. maxima pars ad res ut ita dicam personales spectat, temporis vero nota aut minus accurata est instructa aut prorsus caret. Donum Welckeri anno 1859.

254 (71 v, b I). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 143 quorum 51, 63, 73, 88, 104, 105, 117 et 143 vacua suut.

I. C. Wernsdorfii commentationum ineditarum volumen I.

Insunt huic volumini:

a. fol. 1—132 (Inscriptio): *Elaborata über den Amor Lethaeus, die Venus und den Cupido der Unterwelt.* Incipit: *ad v. 85. In Valckenar's erster und der Harlesischen Ausgabe.* Explicit: *an einem Krankenbette bey Montfaucon.*

b. 133—136 (Inscriptio): *Collectanea ad fabulam de Bellerophonte et Chimaera.* Incipit: *Hesych. Γλαύκη. ἰσχυρά.* Explicit: *XXXVII p. 245—258.*

c. fol. 140—143 (Inscriptio): *Inhalt der Abhandlung über den Cupido und die Venus der Unterwelt.* Incipit: *Erster Abschnitt.* Explicit: *Erklärung des Bildwerks an dieser Urne.*

255 (71 v, b II). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 110 quorum 50 vacuum est.

I. C. Wernsdorfii commentationum ineditarum volumen II.

Inscriptio: *Collectanea de amore Lethaeo et Cupidine Inferorum.* Incipit (pag. 3): *Alcaei Messenii Epigramma.* Explicit: *Hactenus nota Heynii.*

256 (71 v, b III). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 54 quorum 14, 45 et 46 vacua sunt.

I. C. Wernsdorfii commentationum ineditarum volumen III.

Inscriptio: *Elaborata und Excerpta über den Anteros.* Incipit: *Anteros ist an sich selbst.* Explicit: *auch Wasser aus seinem Besitz.*

257 (71 v, b IIII). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 71 quorum 68^{um} vacuum est.

I. C. Wernsdorfii commentationum ineditarum volumen IIII.

Inscriptio: *Versuch über den Daphnis des Sositheus.* Incipit: *Ueber die Fabel vom Daphnis. Man denkt sich gewöhnlich.* Explicit: *nicht im eigentlichen Sinne zu nehmen sind.*

258 (71, v, b V). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 159 quorum 4, 7, 89 et 114 vacua sunt.

I. C. Wernsdorfii commentationum ineditarum volumen V.

Inscriptio: *Elaborata de Bona Dea Romanorum, de dea muliebri Graecorum, s. Proserpina de Matre Midiae, s. dea muliebri Phrygum. Inseritur de bonis diis in universum, de Baccho ἀγαθῷ δαίμονι, de Niobes et Tantali fabula de cultu Phosphori s. Luciferi .... contra Gesnerum disputatio.* Incipit: *Quaeri autem potest.* Explicit: *Clemens Alex. Protrept. p. 22.*

259 (71 v, b VI). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 155 quorum 15, 99 et 147 vacua sunt.

I. C. Wernsdorfii commentationum ineditarum volumen VI.

Continet hoc volumen:

a. fol. 1—43 (Inscriptio): *Prooemium de Medea tragoedia vetere eiusque auctore simul de centonibus Virgilianis antiquitus memoratis et obiter de Ovidii Medea.* Incipit: *Medea, tragoedia vetus e Virgilianis versibus contexta.* Explicit: *ut eos non sine magna cautione abiiciendos putem. W.* Prolegomena excipit (fol. 4): *Hosidii Getae Medea Tragoedia. Cento Virgilianus.* Deinde secuntur (fol. 16) *Testimonia et iudicia veterum et recentiorum* et (fol. 18): *die Noten zu Hosidii Getae Medea.*

b. fol. 44—87 (Inscriptio): *Querolus, sive Aulularia Plauti, comoedia antiqui auctoris. Cum integris P. Danielis, C. Rittershusii, I. Gruteri et selectis I. Ph. Parei, Casp. Barthii et aliorum notis quibus accedunt animadversiones editoris.* Incipit: *De Querolo comoedia praefatio. Querolus Comoedia quum olim . . . .* Explicit: *habebit fugiendi liberam potestatem.* Explicit: *Querolus sive Aulularia.*

c. fol. 88—98 (Inscriptio): *Fragmenta selecta Tragicorum et Mimorum veterum.* Incipit: *Praefatio. Placuit superioribus dramaticis operibus . . . .* Explicit (P. Syri sent. 357 Ribb.): *Pars beneficii est, quod petitur si belle negas.*

d. fol. 100—155 (Inscriptio): *Die Noten zu Querolus seu Aulularia.* Incipit: *ANTIQVI AVCTORIS] sic praescripsit P. Daniel.* Explicit: *quamvis scrupulosior, necessaria.*

260 (71 v, b VII). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 43 quorum quartum scriptura vacat.

I. C. Wernsdorfii commentationum ineditarum volumen VII.

Insunt huic volumini:

a. fol. 1—18 (Inscriptio): *De Institutis Romanorum alimentariis.* Incipit: *Spartianus in Hadr. cap. 7.* Explicit: *ut adiiceret aliquod de liberalitate sua munus.*

b. fol. 19—43 (Inscriptio): *DE DIIS VETERVM GENTIVM SALVTARIBVS CHRISTOQVE OPPOSITIS.* Incipit: *Tanta est veterum gentium in colendis numinibus suis.* Explicit abrupte: *quibus splendidis Deorum Salutarium nominibus . . . .*

261 (310, N 4). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 94.

A. F. Naekii orationes academicae autographae.

Incipit: *(Vir perillustris) Magnifice Academiae Rector.* Explicit: *animo candido et in amicitiam prono Te amplectar.*

262 (310, N 5; cf. N 6). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII non compactus foliorum 489, quorum multa vacua sunt.

A. F. Naekii opuscula autographa.

Incipit: *De allitteratione sermonis latini. Scripsit A. F. Naekius. Rem aggredior . . . .* Explicit: *D. Bonnae, XVIII. Cal. Sept. CIↃIↃCCCXXXVI.* Insunt autographae A. F. Naekii de allitteratione sermonis latini, de Dicaearcho, de Battaro Valerii Catonis commentationes, nec desunt schedae criticae et quae scholarum Bonnensium indicibus prooemia praemisit.

INDEX SCRIPTORVM.

Per hunc indicem numeri pingues ad codices codicumque apographa, exiliores ad conlationes codicum, exiles ad adversaria et conlectanea novicia spectant.

Acro in Horat. **108.** 181
Aeschylus 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27
Aesopus 81. **182**
Alcman 14
Anthologia lat. 137
Antoninus **74**
Apostolius **77**
Appuleius **171. 172. 173. 174**
Aristophanes **46.** 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42 43. 44. 45. 59. add. Scholia.
Aristoteles **66. 67**
Avianus **135**
Bio **50.** 47
Boethius **175**
Caesar **152**
Callimachus 52. 53. 54. 55
Callisthenis vita Alex. **178**
Catalecta: vid. Vergilius
Cato: vid. Valerius
Catullus **93. 94. 95.** 55.90. 91. 92
Choerilus 19
Cicero **140. 141. 142. 143.** 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 181
Cornutus in Persium **187**

Demosthenes 69. 70. 71. 72
Euclides **73**
Euripides 33. 34. 35. add. Scholia
Eustathius **79**
Florus **169. 167**
Frontinus de aq. **160. 161. 162. 163.** 164. 165
Frontini Strateg. **166**
Gellius 176
Gemistius **77**
Glossarium **82**
Hephaestio **76**
Hermes Trismeg. **140**
Herodotus 60
Hesiodus 12. 13
Hesychius **80**
Hieronymus **140**
Historici lat. 151
Homerus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. add. Scholia
Horatius **110. 184** 111. 112. add. Acro Porphyrio
Ioannes Alex.: vid. Philoponus
Isidorus **193. 194**
Isocrates 68
Itinerarium Anton. **170**
Iustinus **169**
Iuvenalis **186.** 130. 131
Lactantius **140**
Livius **189**
Lucanus **188**
Lucili Aetna 132. 133
Lupus: vid. Rutilius
Lycophro: vid. Tzetzae
Manilius **117. 120.** 108. 118. 119. 122. 123 124. 126. 128
Menander rhet. **75**
Michael: vid. Apostolius
Musaeus 58
Nicander 52. 56
Nonius **177**
Nonnus 57
Nonnus grammaticus **180**
Oppianus 52
Orosius **195**
Ovidius **113. 185. 114. 115**
Persius 18. 129. add. Cornutus
Philoponus **78**
Phocas **218**
Pindarus 15. 16
Pindarus Theb. **136**
Plato 63. 64. 65
Plautus **83.** 84. 85. 86. 87. 88
Pletho: vid. Gemistius
Plinius mai. 155
Plinius min. **159**
Poetae graeci 59
Poetae latini 138
Porphyrio in Horat. **108.** 181
Propertius 55. 96
Rutilius Lupus 153
Salustius **140. 169**
Sammonicus **218**
Scholia in Aristophanem **182**
Scholia in Euripidem **182**
Scholia in Homerum **182**
Seneca **141.** 154
Serenus: vid. Sammonicus
Servius **107**
Sophocles 14. 28. 29. 30. 31. 32
Statius 134
Stobaeus **181**
Suetonius **192. 190.** 168. 191
Tacitus 156. 157. 158
Terentius **89.** 108
Theocritus 47. 48. 49
Theognis 17. 18. 179
Tibullus 55
Tzetzae in Lycophr. **51**
Valerius Cato **100. 101. 105. 107.** 109
Vergilius **101. 169. 183** a. b. **103. 104.** 102. 106
Xenophon 61. 62

Erratum. Pag. 42, lin. 25 ante integram excidit fere.

B

LIBRI THEOLOGICI.

I

BIBLIORVM LIBRI. ISAGOGE.

263 (134, a). 4°

Codex membranaceus saeculi XIIII foliorum 419, linearum 57, duarum columnarum, litteris initialibus rubris et caeruleis nitidissime scriptus.

Libri veteris et novi testamenti latine.

Bibliorum libris ipsis praecedunt folia 43 quibus continentur *Propheciae epistolae per totum annum* (fol. 1), *Modus legendi iura canonica et civilia* (fol. 8), *Concordantiae biblicae* (fol. 9), *Themata in vigil. natal. domini* (fol. 22), *interpretatio hebraicorum verborum* (fol. 23). Post *epistolam sancti ieronimi presbiteri ad paulinum de omnibus divinae ystoriae libris* (fol. 44: inde a quo folia consignata sunt numeris 1, 2 sqq.) incipit: *In principio creavit deus celum et terram.* Explicit: *Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.* Accessit hic liber bibliothecae Bonnensi anno 1853 ex legato Martini Augustini Scholz.

264, a (134 b, 1—14). 8°

Die heilige Schrift des alten Testaments. Aus dem Hebräischen übersetzt und erklärt von Thaddäus Antonius Dereser. (Später fortgesetzt von Dominicus von Brentano und Martin Augustin Schol I, 1. 2. 3. II, 1. 2. 3. (2 Voll.) 4. III, 1. 2. III, 1. 2. 3. 4. Frankfurt a. M., Franz Varrentrapp, 1820—1833. 14 Voll. 8.

E libris Martini Augustini Scholz qui et verba ipsa interpretationis germanicae passim correxit et additamenta adiecit in chartis insertis.

264, b (134 b, 15—18). 8°

Die heilige Schrift des neuen Testaments, übersetzt, erklärt und in historisch-kritischen Einleitungen zu den einzelnen Büchern erläutert von Martin Augustin Scholz. I — III. Frankfurt a. M., Franz Varrentrapp. 1829 — 1828. 4 Voll. 8.

E libris Martini Augustini Scholz qui multa additamenta adscripsit in chartis insertis. Voluminis I titulus desideratur.

265 (135. 137, b). fol.

Codex membranaceus saeculi XIII foliorum 399, linearum 38, duarum columnarum, litteris initialibus caerulis et rubris elegantissime scriptus.

Veteris testamenti librorum volumen II et III latine.

a. Volumini II foliorum 214 insunt: *Regum libri quattuor* (fol. 1), *Paralipomenon libri II* (fol. 84), *proverbia Salomonis* (fol. 125), *Ecclesiastes* (fol. 138), *Canticum Canticorum* (fol. 143), *Liber Sapientiae* (fol. 145), *Ecclesiasticus* (fol. 154), *Liber Iob* (fol. 178), *Liber Thobiae* (fol. 194), *Liber Iudith* (fol. 199), *Liber Hester* (fol. 207). Post *praefationem Sancti Iheronimi in libros Regum* (fol. 1) incipit (fol. 2): *Fuit vir unus de ramathaim sophim.* Explicit: *pro exemplo contemptus et inobedienci(a)e.* Subscriptio: *Explicit liber Hester.*

b. Volumini III foliorum 185 insunt: *Iesaias* (fol. 1), *Ieremias* (fol. 28), *Lamentationes Ieremiae* (fol. 61), *Liber Baruch* (fol. 64), *Ezechiel* (fol. 68), *Daniel* (fol. 97), *Prophetae minores XII* (fol. 110), *Esdrae liber I* (fol. 133), *Liber Nehemiae* (fol. 140), *Esdrae liber II* (fol. 148), *Machabaeorum liber I et II.* Post *prologum beati Ieronimi presbiteri in Ysaiam prophetam* (fol. 1r) incipit (fol. 1v): *Visio Ysaie filii amos.* Explicit: *Hic ergo erit consummatus.* Subscriptio: *Explicit liber Machabeorum secundus.* E libris *bibliothecae publ. Regio-Dusseldorpiensis.*

266 (136 a, 4). 12°

Codex membranaceus foliorum 98.

Liber Hiob et Danielis caput I — XII, 1 hebraice.

E libris academiae Duisburgensis.

267 (136 a, 1). 12°

Codex membranaceus saeculi foliorum 154.

Psalmi hebraice.

E libris academiae Duisburgensis.

268 (136, aa). 4°

Codex membranaceus saeculi XIII foliorum 187, linearum 22 vel 23, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis bene scriptus.

Liber psalmorum latine. Accedunt commentarii et miscella quaedam.

Post divisionem psalmorum (fol. 1) incipit (fol. 3 in psalmi secundi versu 3): *(proïci)amus a nobis iugum ipsorum.* Explicit (fol. 149r): *Laudate eum in cymbalis iubilationis. Omnis spiritus laudet dominum.* Secuntur (fol. 149v — 162) carmina varia quorum primum est *canticum Ysaiae* (Iesaiae caput XII), extremum *Fides catholica.* Inde a folio 163 usque ad 183 continuantur in psalmos commentarii, antea in foliorum psalmos ipsos continentium marginibus et foliis intercalariis inchoati. In folio 183 extat subscriptio haec: *Explicit anagoga doctorum super psalmistam s. Ambrosii, Augustini, praeclari Ieronymi, obscuri z. utilissimi, Gregorii . . . .* Agmen claudunt (fol. 184) *letania* et (in pagina extrema) *Cursus sanctae Mariae.* Explicit: *procidamus ante deum.* In interiore tegumenti latere haec extant verba: *Ioannis Winter I. V. Licentiati, Canonici et Officialis Xantensis,* quibus alia manus addidit haece: *Collegii societatis Iesu Embricae A° 1618 dono Rdi D. Conradi Winter scholastici Xantensis fratris D. Ioannis II. Aprilis.* E libris Scholzianis.

269 (136, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XVI, foliorum 16, linearum 14, litteris initialibus rubris.

Canticum canticorum latine.

Inscriptionis manu recentiore factae exordium hoc est: *Hic liber qui intytulatur canticum canticorum totus parabolice.* Incipit: *Osculetur me osculo oris sui.* Explicit: *hȳnuloque cervorum super montes aromatum.* E libris gymnasii Confluentini.

270 (136 a, 2). 12°

Codex membranaceus foliorum 129.

Iesaias hebraice.

E libris academiae Duisburgensis.

271 (136 a, 3). 12°

Codex membranaceus saeculi foliorum 112.

Prophetae XII minores hebraice.

E libris academiae Duisburgensis.

272 (138 a). 8°

Novum testamentum Graece. Textum ad fidem codicum versionum et patrum

recensuit et lectionis varietatem adiecit Io. Iac. Griesbach. Volumen I. II. Editio secunda. Halae Saxonum 1796—1806. 8.

E libris Martini Augustini Scholz qui novi testamenti editionem paraturus hoc exemplari usus est. In volumine priore multa extant additamenta, e volumine posteriore ipsius Scholzianae editionis volumen posterius typis descriptum est.

273 (138 b). 4°

Novum testamentum Graece. Textum ad fidem testium criticorum recensuit.... Mart. Augustinus Scholz. Vol. I. II. Lipsiae, sumptibus Friderici Fleischer. 1830—1836. 4.

E libris Martini Augustini Scholz qui additamenta paucissima adscripsit.

274 (153). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII, foliorum 197 quorum paginae numeratae sunt.

Incerti (Rom. Telleri ?) scholae de hermeneutica sacra habitae.

Inscriptio (abrupta): *PRAELECTIONES ad* Incipit: *Prolegomena institutionum Hermeneuticae sacrae. §. 1. Agitur de voce ἑρμηνειας.* Explicit: *weil die Textesworte selbst deutlich genug sind.*

275 (153 v, b). 8°

Einleitung in die heiligen Schriften des alten und neuen Testaments von J. M. Augustin Scholz. Theil 1. 2. Köln, Boisserée, 1845. Theil 3. Leipzig, Fr. Fleischer 1848. 6 Voll. 8.

E libris Martini Augustini Scholz qui in chartis insertis additamenta adscripsit. Voluminis primi titulus desideratur.

276 (154). 8°

Handbuch der biblischen Archäologie von J. M. Augustin Scholz. Bonn, bei Adolph Marcus 1834. Wien, bei Carl Gerold. 8.

E libris Martini Augustini Scholz, qui multa additamenta adscripsit in chartis insertis.

277 (153 v, a). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 67.

M. A. Scholzii scholae autographae in veteris testamenti libros poeticos isagogen continentes.

Incipit: *Erstes Hauptstück. Die poetischen Bücher des A. T., deren Eigenthümlichkeit, Form, Inhalt . . . .* Explicit: *Eus. praep. ev. IX 3 ff.*

278 (309, g). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 95 quorum 39—41, 44, 55, 67 et 68 vacua sunt.

Exegese des neuen Testamentes (Incerti scholae Lipsienses quas scripsit A. F. Naeke.)

Incipit: *Cocceius Batavus in Novo, magis in Vetere Test.*(amento) . . . . Explicit: *idem in fine eadem fere disputans quae in fine illius.*

II

SCRIPTORES ECCLESIASTICI.

279 (63). 8°

Codex chartaceus saeculi XVIIII foliorum 7.

Discrepantia scripturae in Tertulliani Apologeticum. E codice XCVI, 5 excerpsit Henricus Brunn.

Incipit: *Fol. 43 fängt der Text ohne Ueberschrift an.* Explicit: *33 est d.* Donum H. Brunnii.

280 (167 a). 4°

Codex membranaceus saeculi XIIII foliorum 112, linearum 30—31, litteris initialibus et inscriptionibus rubris elegantissime scriptus.

In hoc libro continentur Excerpta de libro hebraicorum questionum beati Iheronimi presbiteri in genesim et primum librum Regum. Item Expositio vocabulorum omnium librorum veteris testamenti.

Post inscriptionem alteram spectantem eam ad primam huius voluminis partem atramentoque rubro exaratam incipit: *In principio fecit. Plerique estimant.* Explicit: *Iosephus quoque in libris suis eadem refert.* Inscriptionem in primo folio praecedunt haec verba: *Liber s. Mariae in lacu. quem dedit dominus henricus decanus. pro hoc memor sit eius deus.* Postea hoc volumen rapuerunt Francogalli.

281 (170 b). fol.

Codex membranaceus saeculi XIII foliorum 123 numeratorum, linearum 36, litteris initialibus et inscriptionibus rubris egregie scriptus.

Aurelii Augustini et Paschasii libri aliquot.

a. fol. 1—21: *Liber sancti augustini ad julianum comitem de perfectissima iustitia.* Incipit: *si cupias scire quamvis ego nesciam.* Explicit abrupte: *possideatis gaudia et beatitudines.*

b. fol. 22ᵛ — 25: *In festo paschae sermo ad populum.* Incipit: *De hac sacra et summa sollempnitate.* Explicit: *corporis et sanguinis domini reus existit.*

c. fol. 26 — 66: *Paschasii liber de corpore et sanguine domini nostri.* Post notitiam de Paschasio datam incipit: *Dilectissimo filio et vice Christi praesidenti . . . .* Explicit: *ut quod hic desideramus ibi inveniamus. Amen.*

d. fol. 66ᵛ — 123: *Aurelii Augustini episcopi retractationum libri duo.* Incipit: *Iam diu est ut facere cogito atque dispono.* Explicit: *alios a me dictos retractare cepissem.* Fuit hic liber in eis qui huius saeculi initio Francogalliam migraverunt.

282 (170, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 14, linearum 26, litteris initialibus et inscriptionibus rubris.

Epistolae duae Augustini, una Volusiani.

Insunt huic volumini quod fuit ‚*societatis Iesu Confluentiae*' haece:

a. fol. 1ʳ: *Epistola Augustini exhortatoria ad Volusianum.* Incipit: *Domino illustri et merito.* Explicit: *quod cum voles sumitur, cum voles ponitur.*

b. fol. 1ᵛ—2ᵛ: *Rescriptum Volusiani ad Augustinum Aurelium.* Incipit: *Domino vere sancto.* Explicit: *Domine vere sancte ac merito venerabilis pater.*

c. fol. 3 — 14: *Augustini rescriptum de virginitate Mariae semper virginis.* Incipit: *Domino illustri et merito insigni.* Explicit: *merito insignis et praestantissime fili.* Subscriptio: *Explicit epistola beati augustini episcopi ad volusianum illustrem virum de virginitate sanctae Mariae. Scriptum per fratrem Io. Heyst pro confratribus ac dominis suis canonicis regularibus in insula sub Confluen*(tia). *Anno M°CCCC°LXVIII° in festo gertrudis v.* E libris gymnasii Confluentini.

283 (172, a). fol.

Codex membranaceus saeculi XIII foliorum 147, linearum 40 vel 41, duabus columnis eleganter scriptus.

S. Gregorii Papae in librum Iob expositio.

Inscriptio: *Liber ecclesiae beatae Mariae virginis in Campo. Incipit in expositione beati iob moralium beati gregorii pape. liber vicesimus sextus.* Incipit: *In locutionibus suis hoc arrogantes viri habere inter alia.* Explicit (sub finem): *cum primum fidelium sobolem conspicit.* Huius libri qui raptus a Francogallis post pacem Parisiensem patriae restitutus est, prima et extrema folia valde perforata et ex parte deleta sunt.

284 (172, b). fol.

Codex membranaceus saeculi XIII foliorum 169, linearum 36, litteris initialibus rubris elegantissime scriptus.

In hoc libro continetur secunda pars excerptorum Haderici Capellani beati Gregorii papae. de moralibus eiusdem in expositionem Iob sive a quarto libro usque ad decimum exclusive qui est ultimus.

Incipit post prologum: *Argumentum in libro Iob. Iob exemplar patientiae.* Explicit: *Et erga futura spes et erga preterita fides ligat. Explicit liber decimus Iob.* Fuit hic liber quem postea Francogalli secum portaverunt *Sanctae Mariae in lacu quem dedit dominus henricus decanus*'.

285 (172, c). 8°

Codex membranaceus saeculi XIII foliorum 140, linearum 28—29, litteris initialibus rubris nitidissime scriptus.

In hoc libro continetur secunda pars collectionum Patherii ex libris beati Gregorii pape super libros sapientiales sive proverbia Salomonis, Ecclesiasten, Cantica canticorum, librum sapientiae et Ecclesiasticum. Item super prophetas Ysayam Iheremiam Ezechielem Danielem et super XII minores prophetas.

Incipit: *Prologus sequentis operis. Domino Wernero sponse virgini permansure sacris nupciis copulato.* Explicit (in initio Malachiae prophetae): *Reducat corda filiorum ad patres eorum.* Inscriptioni praecedunt haec verba: *Liber sanctae Mariae in lacu quem dedit dominus henricus decanus. Pro hoc memor sit eius deus.* Postea hic liber raptus est a Francogallis.

286 (172, d). 4°

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 106, linearum 29—30, litteris initialibus rubris permultis compendiis scriptus.

Dialogus Gregorii.

Inscriptio: *Incipit dyalogus gregorii.* Incipit: *Quadam die dum nimie quorundam secularium tumultibus depressus.* Explicit (fol. 102,): *si ante mortem deo hostia ipsi fuerimus. Deo Gratias.* Subscriptio: *Et sic est finis libri quarti dyalogi.*

Sequitur (fol. 102^{v}—105^{v}): *tractatus bonus de modo vivendi omnium fidelium. Editus a magistro Iohanne Gerson cancellario parisiensi nec non professore sanctae theologiae eximio.* Incipit: *Ad nobiles prima regula.* Explicit: *Qui hanc regulam secuti fuerint pax super illos et misericordia.* Subscriptio: *Expliciunt regulae pulchrae de modo vivendi omnium fidelium . . . . anno MCCCCLXXI . . VI Johannis baptistae.* In fine leguntur *indulgentiae de sacramento.* Hic liber qui olim fuit Carthusiae Xantensis raptus a Francogallis rediit in patriam post pacem Parisiensem.

287 (174, a). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 149, quorum 67um vacuum est, linearum 37—40, duarum columnarum, litteris initialibus rubris et caeruleis diversis manibus scriptus. Inscriptiones quoque et subscriptiones atramento rubro exaratae sunt.

Bedae expositio in septem canonicas epistolas. Mathaeus (sic) Vegius de perseverantia religionis.

a. fol. 1—66. Inscriptio: *Incipit exposicio in septem canonicas epistolas venerabilis bede presbiteri.* Incipit: *Iacobus dei et domini nostri Iesu Christi servus.* Explicit: *sed ante omne seculum et nunc et in omnia secula seculorum. Amen.* Subscriptio: *Finiunt expositionum libri venerabilis bede presbiteri in septem epistolas canonicas, scripti per me fratrem frowinum de sighen. Ad laudem dei salvatoris.*

b. 68—149. Post prologum et indicem capitulorum (fol. 68) sequitur inscriptio: *Liber primus magistri mathei vegii de virtute perseverancie.* Incipit: *Cum sepe graves ut fit in rebus humanis sustineam anxietates.* Explicit: *ad ortum quem polliciti sumus conserendum pastinandumque veniemus.* Subscriptio: *Explicit liber de perseverantia religionis. Scriptus per me fratrem hermannum scholer de Erstorp conventualem in insula in opposito Valender* (quae prope Confluentes sita hodie ‚Niederwerth' nominatur.) *Anno M°CCCC° sexagesimo septimo. In professo sanctissimi Nicolai episcopi et confessoris Christi. Pro quo misereat mei deus, omnium bonorum remunerator clementissimus.* Ante exordium libri haec verba leguntur: *Liber societatis Iesu Confluentiae. a° 1582.*

288 (177, a). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 399, quorum 184—188 vacua sunt, linearum 42—44, duarum columnarum, litteris initialibus rubris multis compendiis scriptus.

Haymo super epistolas Pauli. Nicolaus de Lyra in Evangelia.

a. fol. 1—183. Inscriptio: *Haymo super epistolas Pauli Apostoli.* Incipit (prologus in epistolam ad Romanos): *A. Chorintho civitate metropoli achaicae regionis scripsit apostolus Paulus Romanis hanc epistolam.* Explicit: *ad contemplationem supernae visionis Christo duce pertingere mereamur.* Subscriptio: *Explicit explanatio super epistolam ad hebreos.* Scripta per me *albertum de lovenich atque finita anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo . . . .*

b. fol. 189—399 (1—211). Incipit: *Quatuor facies uni Ezech.* Explicit: *vivit et regnat in secula seculorum.* Subscriptio: *Explicit postilla edita super Iohannem a fratre Nycolao de lyra . . scriptaque per me Albertum de lovenich anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono . . . . anno aetatis meae quadragesimo primo.* Fuit hic liber ‚collegii Confluentini societatis Iesu'.

289 (177, b). fol.

Codex membranaceus saeculi XII foliorum 241, linearum 41, duarum columnarum,

litteris initialibus rubris et caeruleis artificiose pictis elegantissime scriptus. Verba explicanda per totum librum atramento rubro scripta sunt.

Expositio Haymonis in epistolas Pauli.

Post *tabulam epistolarum* (fol. 1) incipit: *ad Romanos prologus. Ab Athenis civitate grecorum scripsit apostolus romanis hāc epistolam.* Explicit: *ad contemplationem supernae visionis duce pertingere mereamur.* Subscriptio: *Explicit expositio Haymonis super epistolas beati Pauli apostoli.* Hic liber, quondam ‚*domus beatae Mariae virginis in everhartz clusen ordinis canonicorum regularium Treverensis dioecesis*' in eis est qui huius saeculi initio Francogalliam abrepti sunt.

290 (177, d). fol.

Codex chartaceus saeculi XIII foliorum 175, linearum 28, litteris initialibus rubris egregie scriptus.

Haymonis homiliae super Evangelia.

Inscriptio recentiore manu facta: *OMELIE HAYMONIS.* Incipit: *Secundum Iohannem. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis mandata mea servate. Et reliqua. Omelia haymonis de eadem lectione. Quid est quod dicit, quod diligentibus deum et servantibus mandata eius spiritus paracletus daretur.* Explicit: *quae spiritalis fuit, sed gentilis populus qui erat animalis. deinde synagoga quae fuit spiritalis.* Fuit hic liber olim ‚*Societatis Iesu Confluentiae*', bibliothecae Bonnensi accessit e gymnasii Confluentini bibliotheca.

291 (177, c). fol.

Codex chartaceus saeculi XIIII foliorum 210 quorum 166 et 167 vacua sunt, linearum ab initio 42—44, postea 35 vel 36, duarum columnarum, litteris initialibus et inscriptionibus rubris bene scriptus.

Haymo super epistolas Pauli ad Romanos et Corinthios.

Inscriptio: *Incipit expositio haymonis doctoris eximii super epistolas beati pauli apostoli.* Incipit: *Corintho metropoli civitate achaiae regionis graecorum scripsit apostolus romanis hanc epistolam.* Explicit: *societas et coniunctio spiritus sancti cum omnibus vobis sit.* Adiectae sunt epistolae quaedam Hieronymi quorum prima data est ‚*ad rusticum monachum*'. Fuit hic liber ‚*societatis Iesu Confluentiae*'.

292 (178). fol.

Codex membranaceus saeculi XII foliorum 250, linearum 29 per priorem partem, 33 per posteriorem, duarum columnarum, litteris initialibus et capitulorem inscriptionibus rubris eleganter scriptus.

Hugonis de S. Victore de sacramentis tractatus.

a. fol. 1—133 (Vol. I). Inscriptio: *Prologus libri domini Hugonis de sacramentis ab inicio prime creationis usque ad finem in unam seriem dispositus.* Incipit: *Librum de sacramentis christianae fidei studio quorundam scribere conpulsus sum.* Explicit: *tria quae lex scripta continebat, praeccepta, sacramenta, promissa.* Subscriptio: *Explicit duodecima pars in qua consummatur primus liber de sacramentis domini hugonis viri religiosi et doctissimi. . . . Liber iste sanctae Mariae in Berge conscriptus est anno dominicae incarnationis M°. C°. quinquagesimo quinto indictione tertia iubente venerabili abbate Herimanno . . .*

b. fol. 134—250 (Vol. II) Inscriptio: *Incipit prologus libri magistri Hugonis de sacramentis novi testamenti et de incarnatione verbi.* Incipit: *Magnae sunt in scripturis sacris spiritualium sensuum profunditates.* Explicit: *ibi vacabimus et videbimus, videbimus et amabimus, amabimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine.* Subscriptio: *Explicit liber domini Hugonis de sacramentis novi testamenti. Liber iste sanctae Mariae matris Christi conscriptus est anno incarnationis domineae M. C. L. VI, indictione IIII iubente venerabili abbate Herimanno . . . .* E libris bibliothecae Dusseldorpiensis.

293 (179, d). 4°

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 229, linearum 28, duarum columnarum, litteris initialibus rubris bene scriptus. Folia 2, 3, 111 et 112 membranacea sunt.

Sunte Bernaerts sermoenen.

Post sermonum catalogum (fol. 1) inscriptio legitur (fol. 2ᵛ): *op sunte Andries avent sunte bernaerts sermoen.* Incipit (fol. 3): *Dis soe ingeset van den heiligē vaders.* Explicit: *hevet eñ dat leven ghevonden.* In folio 2ʳ haec extant verba: *Dit boeck hoert den susteren toe van sunte agnietē bynnē arnhem.* Est hic liber ex eis qui in Francogalliam deportati sunt.

294 (179, c). fol.

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 350 usque ad f. 344 numeratorum, linearum 38—40. Litterae initiales modo rubrae modo caeruleae sunt, in foliorum nonnullorum — veluti 1, 9, 40 — marginibus figurae pictae sunt.

Dat boeck van Sancte Bernardus sermoenen.

Incipit: *Her begynt dat boeck vā sancte bernardus sermoenē eñ wort geordičert in tween stucken.* Explicit (fol. 344): *Hier eyndet die Sermonē des hoynichuloidē leres sctē bernardus. begonnen te scryven in der maent Martius geeyndet in der maent Septembrys op dē dach Exaltacio sctē crucis. In de jaer ons here M. V c en L v (1555) . . . .* Sequitur 5 foliis extremis: *(Een sermoen) in den hochtytelickē feste des ..... ewageliste ihannes.* Abreptus est hic liber in Francogalliam.

295 (206). 4°

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 258, linearum 45—50, diversis manibus scriptus.

Ioannis Sarisberiensis policraticus.

Post entheticum in policraticum versibus non distinctis scriptum cuius hoc est exordium (fol. 1): *Si michi credideris linguam cohibebis et aulae limina non intret pes tuus, esto domi, aspectus hominum cautus vitare memento,* haec autem subscriptio (fol. 2r): *Explicit entheticus Johannis in pollicraticum* sequitur inscriptio (fol. 2r): *Incipit prologus pollicratici de curialium nugis et vestigiis philosophorum.* Incipit: *Iocundissimus cum in multis tum in eo maxime est litterarum fructus quod omnium interstitiorum loci et temporis exclusa molestia . . .* Explicit (fol. 171): *deus homo manifestet se ipsum et palam faciat viam qua nobis incedendum est in bene placito suo et dirigat in eo gressus nostros. Amen.* Subscriptio: *Explicit policraticon Iohannis de nugis curialibus subtilissime compilatus materiaque pulcherrima ordinatus . . . . Scriptus laboriose et fortive in studio parisiensi sub anno Incarnationis intemeratae virginis filii Millesimo CCCC°VII° finitusque die sabbate ante letare in studio parisiensi per me Petrum Rodemuller de Moguncia . . . .* Sequentibus foliis 7 continetur index alphabeticus duabus columnis scriptus.

Adiecta est in fine *tabula super libros institutionum Lactantii* (179—243) et varia excerpta, veluti e Bacacii libro de casibus illustrium virorum' quae singula enumerare longum est. E libris gymnasii Confluentini.

296 (182). fol.

Codex membranaceus saeculi XV foliorum 124, linearum 38, duarum columnarum, litteris initialibus pictis, inscriptionibus rubris nitide scriptus.

Innocentii III papae sermones.

Inscriptio post sermonum indicem: *Incipit prologus in libro sermonum innocentii III papae.* Incipit: *Innocentius episcopus servus servorum domini.* Explicit: *in secula seculorum. amen.* Abripuerunt hunc librum Francogalli.

297 (183). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 170, linearum 37 vel 38, sub finem complurium, duarum columnarum, permultis compendiis scriptus.

Caesarii Heisterbacensis dialogus miraculorum.

Inscriptio: *Incipit dyalogus miraculorum.* Incipit: *Colligite fragmenta ne pereant.* Explicit: *laus honor et imperium sit per infinita secula seculorum. Amen.* In folio 98 haec legitur subscriptio: *Explicit prima pars dialogi Cesarii monachi ad novitium de miraculis scripti nec non patrati manibus eggant filii johannis. Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto . . . .* E libris academiae Duisburgensis.

298 (185, a). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 820 linearum 49—52, duarum columnarum litteris initialibus et inscriptionibus rubris.

Thomae de Aquino summa theologiae.

a. fol. 1—179 (vol. I). Inscriptio: *Incipit prima pars summae de theologiae editae a beato thoma de aquino . .* Incipit: *Quia catholice veritatis doctor non solum profectos debet instruere.* Explicit (fol. 174): *talis enim partus decebat eum qui est super omnia benedictus deus in secula. Amen.* Subscriptio: *Explicit liber primus summae Fratris thomae de aquino ordinis fratrum predicatorum.* Foliis 175—179 ‚registrum' continetur.

b. fol. 180—511 (vol. II). Inscriptio: *Incipit secunda pars summae theologiae editus a fratre thoma de aquino ordinis fratrum predicatorum.* Incipit: *Quia sicut Damascenus dixit homo factus ad ymaginem dei.* Explicit (fol. 506): *Et haec de moralibus in communi dicta sufficiant.* Subscriptio: *Explicit prima secundae thomae de aquino. Deo gratias.* Foliis ultimis 6 continetur index.

Sec. secundae: q. 5 499!

c. fol. 512—820 (vol. III). Incipit (partis 3 initio): *Quia salvator noster dominus Iesus Christus, teste angelo populum suum salvum faciens a peccatis eorum, viam veritatis nobis in se ipso demonstravit.* Explicit in fine quaestionis XC ante supplementum: *Et quia veniale sine mortali dimitti non potest ut supra dictum est ideo ante baptismum non distinguitur poenitentia mortalium et venialium.* Subscriptio (fol. 817) alia manu addita: *Expliciunt quaestiones tertii libri summae fratris thomae de aquino. Hic morte praeventus doctor sanctus non finivit ut intendebat.* Extrema folia 4 indicem continent. Fuerunt haec tria volumina academiae Duisburgensis.

299 (185, c). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 282, linearum 46—50, duarum columnarum, litteris initialibus et inscriptionibus rubris, permultis compendiis scriptus.

Thomae de Aquino contra gentiles de fide catholica tractatus.

Indicem (fol. 1) excipit inscriptio: *Incipit liber primus beati thomae de aquino contra gentiles de fide catholica . . . .* Incipit: *Veritatem meditabitur guttur meum.* Explicit (fol. 275): *sed gaudebitis et exultabitis usque in sempiternum. Amen.* Subscriptio: *Explicit liber quartus tractatus de fide catholica adversus gentiles.* Additus est (fol. 276—282) *tractatus beati thomae de quibusdam rōmbus fidei* (qui volgo inscribitur ‚*declaratio quorundam articulorum contra Graecos Armenos, et Saracenos*', cf. edit. Cosm. Mor. vol. XVII, fol. 48 sqq.). Incipit: *Beatus Petrus apostolus qui promissionem accepit ut super eius confessione fundaretur ecclesia.* Explicit: *de propositis quaestionibus conscribenda, tamen alibi sunt diligentius pertractata. Amen.* E libris academiae Duisburgensis.

300 (186). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 206, linearum 42, duarum columnarum, teris initialibus et inscriptionibus rubris, permultis compendiis scriptus.

Alberti Magni de vegetabilibus et plantis liber.

Inscriptio: *incipit liber primus de vegetabilibus. . . .* Incipit: *in universalibus principiis vivorum omnium et operibus eorum executis.* Explicit: *Quaecunque autem in communi queruntur de ipsis per ea quae dicta sunt sufficienter poterunt agnosci. Explicit.* E libris gymnasii Confluentini.

301 (189, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XIIII foliorum 150, linearum 23, litteris initialibus et capitum inscriptionibus rubris eleganter scriptus.

Sanctae Mechtildis visiones.

Inscriptio: *incipit prologus libri spiritualis gratiae.* Incipit: *benignitas et humanitas salvatoris nostri dei quae pro humano genere per ipsius incarnationem tam misericorditer apparuit.* Explicit: *qui inter eos perfecti fuerint super nos et super parentes nostros meliores erunt.* Subscriptio: *expliciunt visiones sanctae Mechtildis virginis sancti monialis ordinis cysterciensis. Vocatur autem istud opusculum liber spiritualis gratiae.* Hic liber qui olim fuit *'monasterii B. M. V. in Sion Coloniae'* abreptus erat in Francogalliam.

302 (189, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XV foliorum numeratorum 199, linearum 24—29, litteris initialibus rubris et caeruleis bene scriptus.

Dat boeck der heiligher Jonckfrouwen Mechteldis van der geestehker gracien.

Inscriptio: *Hier beghint dat boeck der heiligher Jonckfrouwen Mechteldis van der gheestehker gracien daer mede een lüttel in gheroert wort van haerre wanderinghen.* Incipit: *die goedertierenheit ende die menscheit ons behalders.* Explicit (fol. 197): *die onder die volcomen sullen wesen die sullē bouen ons eñ onsen vaderen verstaen eñ beter wesen. Amen deo gracias. Deo gracias.* Subscriptio: *Hier eyndt dat bijste eñ leste boeck mechteldis van den geestehker gracien. . . . Gheeyndet ende volbracht inden iaer ons heren M.CCCC.LXIIII opten dorden dach van april.* Foliis extremis vita Mechtildis continetur cuius haec est inscriptio: *van sante mechtelt.* Hic quoque liber a Francogallis raptus erat.

303 (226, aa). 4°

Codex membranaceus saeculi XIIII foliorum numeratorum 354, linearum 28.

Iacobi de Voragine aurea legenda.

Incipit post legendarum catalogum: *De adventu domini. Adventus domini. . . . Universum tempus vitae praesentis in IIII distinguitur.* Explicit: *quod ipse praestare*

dignetur qui. Subscriptio: *Iste liber completus est per fratrem Winricum sacerdotem de Syburg hospital. anno do. MCCCXVII. . . .* Emptus est hic liber anno 1843 Coloniae.

304 (188, a). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 400, linearum 35—36, duarum columnarum. Folia nonnulla membranacea sunt.

Iacobi de Voragine aurea legenda.

Indicem sequitur inscriptio: *Incipit liber praeclarissimi . . . Iacobi Voraginis episcopi Ianuensis ordinis predicatorum de legendis sanctorum per anni circulum occurrentium. Et intitulatur aurea legenda. . . .* Incipit: *De adventu domini. Universum tempus praesentis vitae in quatuor distinguitur.* Explicit (fol. 364ᵛ): *quod ipse nobis praestare dignetur. Qui vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen.* Volumini legendarum Iacobi additae sunt *'narrationes'* de sanctis quibusdam, diversae ab eis quas apud Graessium in appendice habes. E libris gymnasii Confluentini.

305 (188, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 304, linearum 36—45, duarum columnarum.

Iacobi de Voragine historia Lombardica sive aurea legenda. Sermones sensati.

a. fol. 1—164. Inscriptio recentiore manu facta: *HISTORIA Lombardica. Prologus.* Incipit: *Universum tempus praesentis vitae in quatuor distinguitur.* Explicit: *habitare dignetur per gloriam. Quod ipse nobis prestare dignetur. Explicit.* Subscriptio: *finitus est liber iste anno. . . . .*

b. fol. 167—274 (Inscriptio): *Liber sermonum qui sensatus intitulatur.* Incipit: *Si videre sensatum evigila ad illud ecclesiastici.* Explicit: *quam pacem nobis concedat ihesus christus mariae filius rex pacis aeternae. Amen.* Subscriptio: *Expliciunt sermones sensati.*

Relicua libri parte varii tractatus ad missam pertinentes continentur. E libris Ritzii Aquisgranensis.

306 (188, c). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum numeratorum 379, linearum 44—49, duarum columnarum.

Iacobi de Voragine sermones de sanctis.

Incipit: *Luciae. Mulierem fortem quis inveniet. Proverb. XXXI. Licet Salomo tempore suo non potuerit.* Explicit: *Etenim accedentes ad sacra . . mundari convenit ab ultimis animae fantasiis.* E libris gymnasii Confluentini.

307 (190). fol.

Codex membranaceus saeculi XIIII foliorum numeratorum 232, linearum 52, duarum columnarum, litteris initialibus rubris et caeruleis eleganter scriptus.

Iacobi de Lausanna sermones.

Inscriptio duplex est, altera recentior: *sermones de tempore et sanctis fratris Iacobi Lausanna ordinis praedicatorum*, altera antiqua: *incipiunt sermones iacobi de laosanna ordinis predicatorum. dominica prima 1 adventu domini.* Incipit: *sicut in die honeste ambulemus.* Explicit: *in futuro ad quae nos perducat.* . Subscriptio (post *tabulam*): *hic liber est scriptus qui scripsit sit benedictus. Anno domini millesimo CCCmo XXV.* E libris gymnasii Confluentini.

308 (191, a). fol.

Codex membranaceus saeculi XV foliorum 357, linearum 41—42, duarum columnarum, litteris initialibus rubris et caeruleis elegantissime scriptus.

Ludolphi Saxonis de vita Iesu Christi liber.

a. fol. 1—186 (vol. I). *Tabulam generalem totius vitae* sequitur inscriptio (fol. 4): *incipit prologus in vitam domini nostri Ihesu Christi in evangelio traditam compositam per venerabilem dominum ludulfum ordinis carthusiensis.* Incipit: *Fundamentum aliud nemo potest ponere aut amplius praeter id quod positum est.* Explicit: *ut in te firmatus nullis a te separer temptationibus. Amen.* Subscriptio: *et sic finitur prima pars domini nostri ihesu christi. Sed in quadruplicem divisionem scripta per me fratrem johannem duysseldorff regularem professum in maricclusen treverensis dioecesis ac finita anno eiusdem domini nostri ihesu christi M. CCCC. LXVI° quarta feria in capite ieiunii.*

b. fol. 187—357 (vol. II). Post capitum indicem legitur inscriptio (fol. 2): *Incipit secunda pars vitae domini nostri ihesu christi edita per venerabilem patrem ludulfum ordinis carthusiensis. de curatione leprosi. XLI.* Incipit: *Lege ergo evangelica in monte tradita consequenter ponitur eius confirmatio per miracula.* Explicit: *meque de omnibus erroribus et laqueis erue ac dirige in viam pacis et iustitiae ac salutis et iustitiae ac vitae aeternae. Amen.* Subscriptio: *Explicit secunda pars vitae domini scripta per me fratrem Iohannem de duysseldorp anno domini M° CCCC° LXX° altera die post symonis et iudae apostolorum. . . .* Addidit eadem manus: *Codex monasterii beatae Mariae virginis in everhartzclusa. . . . Treverensis dyoecesis.* Hunc librum secum portaverant Francogalli.

309 (191, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 263, linearum 39—41, duarum columnarum, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis bene scriptus.

Ludolphi Saxonis vitae Iesu Christi pars II.

Inscriptio: *De curatione leprosi quadragesimum primum capitulum et pars secunda.* Incipit: *Lege ergo evangelica in monte data consequenter ponitur eius confirmatio per miracula.* Explicit: *ac dirige in viam veritatis et iustitiae ac salutis. . . . . Amen.* Subscriptio: *finitur secunda pars libri de vita ihesu christi in evangelio tradita.* Post indicem capitum

sequitur subscriptio altera: *finitus et completus est iste liber anno domini M° LXXI* (sic) *Deo gratias.* Veri est simillimum scriptorem huius codicis, cum apographum libri Ludolphiani anno 1471 se perfecisse tradere vellet, errore post *M°* omisisse *CCCC°*. Valde igitur a vero aberravit qui recentiore aetate in expedienda illa anni nota mirum quantum desudavit. Leguntur enim in fine libri haec verba: *auctor huius libri est Landulphus Saxo primo ordinis S. Dominici, postmodum Carthusianus qui floruit in Saxonia an. 1330. Adeoque scriptor omiserit forsan trecentos annos post mille, nisi forsan hic liber postmodum inventus et a Landulpho exscriptus sic pertransierit ad eum tanquam authorem, cum ipse ante inventionem typi 100 ferme annis obierit. Inventio autem typi facta est an. 1444 Moguntiae.* E libris gymnasii Confluentini.

310 (198). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 137, linearum 37—40, litteris initialibus rubris bene scriptus.

Bernardini Senensis expositio in apocalypsin.

Inscriptio: *expositio beati bernhardini senensis ordinis minorum in apocalipsin.* Incipit: *beatus qui legit et qui audit verba prophetiae huius.* Explicit: *et tunc videbitis filium hominis venientem in nubibus.* E libris gymnasii Confluentini.

311 (196, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 247, linearum 40—43, duarum columnarum, litteris initialibus et inscriptionibus rubris.

Raymundi de Sabunde liber naturae sive creaturarum.

Inscriptio: *in alpha sit principium et in o finis meus. . . . Incipit liber naturae sive creaturarum in quo tractatur specialiter de homine. . . . compositus a venerabili viro magistro reymundo sabunde* (a audie) *in artibus et medicina doctore et in sacra pagina egregio professore.* Post prologum a concilio Tridentino in indicem, uti dicunt, relatum eamque ob caussam in editionibus omissum, cuius hoc est exordium: *ad laudem et gloriam altissimae et gloriosissimae trinitatis sanctissimaeque dei genitricis* incipit (fol. 2ᵛ): *Quia homo naturaliter semper quaerit certitudinem et evidentiam claram nec aliter quiescit.* Explicit: *Ad quae dignetur nos perducere Iesus Christus filius dei rex aeternae gloriae qui est benedictus in secula seculorum. Amen.* Subscriptio: *et sic est finis libri creaturarum seu naturae seu de homine propter quem aliae creaturae factae sunt. Et finitus . . . . . Anno domini M° CCCC° LIX mense aprili.* Prologum sedula manus recentior lineis per integras columnas transversis delendum significavit. E libris bibliothecae regiae Düsseldorpiensis.

312 (196, a). fol.

Codex ex parte membranaceus, ex parte chartaceus saeculi XV foliorum 248, linea-

rum 38—40, duarum columnarum, litteris initialibus et capitum inscriptionibus rubris elegantissime scriptus.

Raymundi de Sabunde liber naturae sive creaturarum.

Inscriptio: *Incipit liber naturae sive creaturarum in quo tractatur specialiter de homine et de natura eius . . . . . compositus a venerabili viro magistro Raymundo sabunde in artibus et medicina doctore ac in sacra pagina egregio professore.* Incipit (prologus): *ad laudem et ad gloriam altissimae trinitatis sanctissimaeque dei genitricis.* Libri ipsius exordium hoc est (fol. 2ᵛ): *Quia homo naturaliter semper quaerit certitudinem et evidentiam claram nec aliter quiescit nec quiescere potest.* Explicit: *ad quae dignetur nos perducere Iesus Christus filius dei rex aeternae gloriae qui est benedictus in secula seculorum. Amen.* Subscriptio: *Et sic est finis libri creaturarum seu naturae sive de homine propter quem aliae creaturae factae sunt, scripti per me fratrem Iohannem Dusseldorp professum in Eberhartzcluse. Anno domini M° CCCC° LXXII°.* Additum est alia manu: *hic dilectus frater supprior noviciorum extitit magister et disciplinae sanctae zelator fervens. Ac depost sororum sanctae Agnetis rector et confessor. Qui hac in domo obiit anno nostrae salutis M. CCCC° LXXVII.* Hic liber qui olim fuit monasterii beatae Mariae virginis in Everhartzclusen treverensis dioecesis' abreptus erat in Francogalliam.

313 (160, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 255, quorum 136*mum* vacuum est, diversissimis manibus scriptus.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—111 (Inscriptio): *Quadripartitus apologeticus Cyrilli episcopi.* Incipit: *Secundum Aristotelis sententiam in problematis suis.* Explicit: *et his digestis quievit.* Subscriptio: *Explicit quadripartitus apologeticus Cyrilli.* Non est Cyrilli hic tractatus qui alias inscribitur ‚*speculum sapientiae*'. Cf. Cave Scr. eccl. hist. lit. I pag. 392.

b. fol. 112—130 (Inscriptio): *Tractatus magistri Iacobi de Erfordia sacrae theologiae professoris ibidem de contractibus qui fiunt cum pacto redemptionis perpetuorum censuum seu ad vitam.* Incipit: *post multiplicia insignium doctorum florida scripta.* Explicit: *Ihesus Christus per cuncta secula benedictus deus. Amen.*

Foliis 131—255 continentur diversissima argumenti theologici excerpta et fragmenta quae singula recensere non est operae pretium. In fine legitur *epistula beati Anselmi.* Explicit (fol. 255 ʳ): *appareas conspectui dei et satieris cum apparuerit gloria eius. Amen.* E libris gymnasii Confluentini.

314 (168, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 267, quorum 93, 105 et 166 vacua sunt, linearum 28, litteris initialibus et inscriptionibus rubris diversis manibus scriptus.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—11 (Inscriptio): *De vita beati iheronimi et transitu eius.* Incipit: *Hieronimus eusebii viri nobilis filius ab oppido stridonis.* Explicit: *aliorum vera confirmando, falsa confutando, dubia exponendo.* Prima huius opusculi pars (fol. 1—6) est ‚*Divi Hieronymi vita per Eusebium Cremonensem edita*' quae legitur apud Vallarsium Tom. XI part. I pag. 375 sqq., nonnullis tamen mutatis et amplificatis. Relicua aliunde e diversis fontibus hausta sunt.

b. fol. 12—73 (Inscriptio): *Flores sive doctrinae beatissimi iheronimi ex omnibus suis operibus et dictis egregiae dinumeratae ad honorem dei.* Incipit: *Fratres carissimi non queo quem mente concepi ore proferre sermonem.* Explicit: *aeterno patre et eodem spiritu sancto: in cuncta seculorum secula. Amen.* Subscriptio: *Obsecro te ut quicunque hoc legis ut iheronimi pectoris memineris. Explicit doctrina beati iheronimi ex suis operibus egregie dinumerata.* In imo folio extat inscriptio sequentis opusculi:

c. fol. 74—78: *opus eiusdem gloriosi iheronimi de vigiliis.* Incipit: *Dignum est fratres aptum prorsusque satisque conveniens.* Explicit: *nec non utilitate dicta sufficiant. Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus nobis. Amen.* Subscriptio: *Explicit de auctoritate antiquitate et utilitate vigiliarum secundum beatum iheronimum doctorem eximium.*

d. fol. 79—92 (Inscriptio): *Epistula beati iheronimi ad Celantiam de modo vivendi.* Incipit: *Vetus scripturae celebrata sententia est esse pudorem.* Explicit: *sed perfecisse iustitia est.*

e. fol. 94—104: *Revelationes Elisabethae de Sconaugia.* Inscriptio: *Anno domini MCLVI . . . . elizabet de sconaugia mirabiles visiones vidit inter quas angelus familiaris ei librum qui dicitur viarum dei annuntiavit . . . .* Incipit: *Vobis qui pios affectus ad ea quae sunt sancta geritis.* Explicit: *benigno et misericordi domino honor et gloria et gratiarum actio in secula seculorum. Amen.* Subscriptio: *Finiunt quaedam revelationes de XI milibus virginibus venerabilis elizabet sancti monialis de schonaugia. . . .*

f. fol. 106—130 (Inscriptio): *vita beata Vincentii confessoris ordinis predicatorum. De ortu et origine eius. Capitulum primum.* Incipit: *Beatus Vincentius ex Valentia clarissima Hispaniae civitate.* Explicit: *habere mereantur in celis: per christum dominum nostrum.*

g. fol. 131—144 (Inscriptio): *De sancto Dumstano Cantuariensi episcopo et primo de eius origine. . .* Incipit: *Vitam sancti Dumstani scripsit osbernus cantuariae cantor.* Explicit: *lanfranco in crastinum omnia quae sibi obiciebant cunctis stupentibus adnichilante.* Subscriptio: *Et sic finitur legenda sancti Dumstani episcopi.* In ima folii 144 pagina ceteroquin vacua legitur inscriptio sequentis opusculi:

h. fol. 145—165: *De origine ac pueritia sancti Edmundi cantuariensis archiepiscopi.* Incipit: *Sanctus Edmundus anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo de terra est elevatus.* Explicit: *intellectum praedicare noluerant sponte sua.* Subscriptio: *Et sic finitur legenda sanctissimi ethmundi episcopi.*

i. fol. 167—178 (Inscriptio): *de sancta Genovefa virgine.* Incipit: *Lustrans aliquando beatus germanus fines brithaniae, angliae, franciae.* Explicit: *qui cum aeterno patre vivit et regnat in secula seculorum. Amen.*

k. fol. 179—212 (Inscriptio): *Declaratio quorundam dubiorum in vita sancti servatii tongrensis episcopi.* Incipit: *Circa vitam beati servatii tungrensis episcopi occurrunt aliqua dubia denodanda.* Explicit: *sanctissimo servatio gratias in omnibus agemus.* Qui sequitur libellus inde a folio 213 alia is manu satis rudi scriptus est.

l. fol. 213—267: *De gestis et translationibus trium regum.* Incipit: *In primo capitulo huius libri qui de gestis et translationibus trium regum. . .* Explicit: *sis secura in reddenda ratione.* Subscriptio: *Finito libro sit laus et gloria cristo. Amen.* E libris gymnasii Confluentini.

315 (168, b). 4°

Codex membranaceus saeculi XV foliorum 159, linearum 24—25.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—81 r (Inscriptio): *die epistole des heilighen Eusebij tot Damasiū biscop Portuensē . . . . van der toet des gloriosen confessders ende lerers sancti iheronimi. Incipit obitus Iheronimi gloriosi.* Incipit: *Eenen eersamen vader Damasio. . . . . Manich sins cū in manigherhande manieren.*

b. fol. 81v — 95 (Inscriptio): *die epistole Augustini die lerer sente sunte Chirillus. . . .* Incipit: *Oerlike vader Chirille.* Explicit: *wijs bedroeghen in sijnre begheerte.*

c. fol. 95—159 (Inscriptio): *dīe epistole die sunte Chirillus bisscop tot cherusalem zende S. Augustine. . . .* Incipit: *Enen eersamighen man cū hoeghe onder alle bisscoppen Augustine. . . .* Explicit: *lieve augustine ghedenc mijns in dine ghebeden. amen.* De Augustini et Cyrilli epistularum dubia fide cf. Vallars. Hieron. XI, 1 pag. 437. Hic liber Francogalliam erat abreptus. In initio extant haec verba: *‚dit boek hoert tot stē Agnetē byne arnhē by die beste boecke'.*

316 (169, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 238 quorum 280*mum* membranaceum est diversissimis manibus scriptus.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—54 (Inscriptio): *Soliloquium beati Augustini. Provocatio ad amorem dei. Capitulum primum.* Incipit: *Cognoscam te domine deus meus cognitor.* Explicit: *omnis beatitudo omnis clementia sit deo patri et filio et spiritu sancto. Amen.*

b. fol. 54—60 (Inscriptio): *. . . . sequens devotum exercitium copulatum est ex meditationibus praecipue Heyderici episcopi.* Incipit: *Creator domine celi et terrae maris.* Explicit: *et dirigens in viam salutis aeternae. Amen.*

c. fol. 61—77 (Inscriptio): *Tractatus beati Augustini episcopi de visitationibus infirmorum.* Incipit: *Visitationis gratia nepoti meo carissimo morienti extremum valedicturus.* Explicit: *Qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.* Subscriptio: *Explicit tractatus beati Augustini episcopi de visitatione infirmorum.*

d. fol. 78—93 (Inscriptio): *Tractatus domini Iohannis de Indagine ordinis Carthusiensis de confortatione pusillanimorum editus ab eodem apud Erfordium in domo Carthusiensi Anno domini MCCCC° LVIII.* Explicit: *Et coram deo indicatur malus et peccator.*

e. fol. 94—99 (Inscriptio): *Tractatus secundus de gaudio bono conscientiae.* Incipit: *Sequitur nunc videre.* Explicit: *cum patre et spiritu sancto benedicto in secula seculorum. Amen.* Subscriptio: *Venerabilis Iohannes de Indagine Carthusiensis domus salvatoris prope Erfordiam in suburbio conplevit istum tractatum utilem Anno domini 1458 in die Theodori martyris.*

f. fol. 102—141: *Epistulae duae fratris Iohannis cuidam novicio missae in Eemstein.* Incipit: *Dilectissimo mihi in Christo Simoni nepoti meo frater Iohannes.* Explicit: *vale in eo qui operatus est salutem in medio terrae.* Subscriptio: *Finitum Daventriae anno domini 1472. . . . per Wolterum Eyn* (donia) *Explicit epistola secunda novicio missa in Eemstein.* Primae epistolae subscriptio haec est (fol. 118 v): *Completum in Daventria 1472. . . . per me Wolterum de Eyndonia.*

Quae superest huius voluminis pars inde a folio 142 usque ad finem diversissimi generis fragmenta, excerpta et versus continet quibus sigillatim recensendis supersedebo. E libris gymnasii Confluentini.

317 (157, a). fol.

Codex membranaceus saeculi XV foliorum 256 numeratorum, linearum 33, duarum columnarum, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis optime scriptus.

Collectio sermonum.

Hoc volumen in cuius pagina prima picta est tabula continet sermones *Augustini, Ioannis episcopi, Gregorii papae, Maximi episcopi, Bedae venerabilis, Isidori, Leonis papae, aliorum.* Inscriptio: *Dominica prima ante nativitatem domini. S. Augustini episcopi.* Incipit: (cf. August. ed. Bened. tom. V suppl. pag. 401): *Legimus sanctum Moysen populo dei precepta dantem ubi dixit audi Israel.* Explicit abrupte (in homilia Leonis papae): *intuentes quia plerumque dyabolus dum de.* E libris gymnasii Confluentiui.

318 (157, b). fol.

Codex membranaceus saeculi XV foliorum numeratorum 351, linearum 27, duarum columnarum, litteris initialibus varii coloris bene scriptus.

Collectio sermonum.

Continentur hoc volumine sermones *Hieronymi, Augustini, Eusebii, Gregorii papae,*

aliorum. Inscriptio: *In vigilia paschae sermo b. Hieronimi.* Incipit: *Quomodo iuxta Mattheum vespere sabbati Maria Magdalena vidit dominum resurgentem.* Explicit: (in homilia Bedae venerabilis): *commendans sollicite nobis quod factus est pro nobis.* E libris gymnasii Confluentini.

319 (175). fol.

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum numeratorum 237, linearum 32, satis bene scriptus.

Homiliarum collectio.

Inscriptio: *Secundum Matthaeum quarto cap. In illo tempore ambulans Ihesus iuxta mare galylee. Vidit duos fratres symonem qui vocatur petrus et andream fratrem eius mittentes retia sua in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Omelia beati gregorii papae.* Incipit: *Audistis fratres carissimi quia ad unius iussionis vocem.* Explicit: *et gloriam dei omnipotentis qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.* E libris gymnasii Confluentini.

320 (181). 4°

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 156, quorum 41*mum* vacuum est, linearum 26—28 usque ad folium 78, conplurium deinceps, rubris litteris initialibus capitumque inscriptionibus scriptus manibus diversis.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—41 *Gaufredi abbatis declamationes de colloquio Simonis cum Iesu ex S. Bernardi sermonibus collectae* (cf. Bernardi opp. Ven. 1726 Tom. V p. 323 sqq.). Inscriptio: *Incipit prologus gaufridi in librum de colloquio symonis et jhesu.* Incipit: *Vt tibi dilectissime praesentes exhortationis schedulas destinarem.* Explicit: *qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus per infinita secula seculorum. Amen.* Subscriptio: *Expliciunt sententiae beati bernardi abbatis clarevallensis. Deo gratias.*

b. fol. 43—78: *Iacobi de Clusa de arte bene vivendi et moriendi tractatus.* Inscriptio: *Incipit tractatus de arte bene moriendi editus a patre iacobo carthusiensi doctore circa annum domini MCCCCLm.* Incipit: *Omnes morimur.* Explicit: *Ihesus Christus per secula benedictus. Amen.* Subscriptio: *Explicit tractatus saluberrimus de arte bene vivendi et moriendi editus a quo supra.*

c. 79—104r: *Epistolae duae fratris Iohannis missae novicio cuidam.* Incipit: *Dilecto mihi in Christo Symoni nepoti meo.* Explicit: *in eo qui operatus est salutem in medio terrae.* Nec inscriptio extat nec subscriptio: sed prorsus congruunt hae epistolae cum eis quas habes supra in libro miscellaneo No. 316 f.

Excerpta diversissimi generis quae continentur foliis 104v — 111 excipiunt:

d. fol. 112—136 (Inscriptio): *sermones Augustini* (? cf. August. opp. ed. Bened. Tom.

VI. Suppl. pag. 303) *ad fratres in heremo.* Incipit (cf. l. s. s. p. 325): *ut nobis per litteras declaravit sanctus pater Iheronimus fratres dilectissimi.*

c. fol. 137—149 (Inscriptio): *tractatus beati bernhardi* (? cf. Bern. opp. Tom. V p. 421) *abbatis de vitae ordine et morum institutione.* Incipit: *hortatur quidem timidam mentem.* Explicit: *clama precor clamore magno in toto corde tuo et flebilis supplex ora. Deo gratias.* Subscriptio: *Explicit opus beati bernhardi.* Foliis 150—156 continentur fragmenta et excerpta theologica. E libris gymnasii Confluentini. Olim *pertinuit domui et monasterio beatae mariae virginis in insula sub Confluentia ordinis canonicorum regularium'.*

321 (187). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 198, linearum 35—36, duarum columnarum. Folia nonnulla membranacea sunt.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—135 (Inscriptio): *Prologus venerabilis atque devotissimi viri fratris Huberti generalis magistri . . . . fratrum predicatorum in librum qui dicitur de eruditione religiosorum.* Incipit: *Erudire Ierusalem: ne forte.* Explicit: *Cui honor et gloria in secula seculorum. amen.* Subscriptio: *Finitus est tractatus iste de eruditione religiosorum priore Wilhelmo Embricae p̄existente per Henricum fratrem Isernloen privatis fere temporibus elaboratus. Anno domini 1498. . . .* Hoc opus non Huberti esse ostendere conatur Quetif script. ord. praed. I, 148.

b. fol. 135—139: *Sermones duo Francisci de Maronis.* Incipit: *Sermo commendabilis. Sequere me. In istis verbis Christus.* Explicit: *est perfectissima et maxime imitanda. Haec de quintuplici paupertate dicta sufficiant.*

c. fol. 140 — 198: *Isidori Hispalensis de summo bono liber.* Incipit (haud procul ab initio capitis IX libri primi): *quia vitium est dum esset angelus bonus.* Praeterea desiderantur capitis X eiusdem libri I finis inde a verbis *(sapi)entia . lux enim dicuntur,* cap. XI—XVII et fere integrum caput XVIII usque ad verba *quod si gradiens per desertum.* Explicit: *Et mortuo ne fraudes misericordiam.* Subscriptio: *Explicit liber beati Isidori Hispalensis episcopi de summo bono. Anno domini 1497 finitus et completus est liber iste in et pro domo Sancti petri in Dalheym per manus fratris Arnoldi de telgen in officio sacristico.* E libris monasterii Dahlhemensis.

322 (179, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XV foliorum numeratorum 138, linearum 25—30, litteris initialibus caeruleis et inscriptionibus rubris.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—100 (Inscriptio): *Opusculum devotum de vita Domini Ihesu Christi filii Dei. Prologus.* Incipit: *Fundamentum aliud nemo potest ponere.* Explicit: *cordis et cor-*

poris singulorum. Excerptum est hoc opusculum ex Ludolphi Saxonis de vita Christi libro.

b. fol. 100—108 (Inscriptio): *Tractatus magistri Petri Cameracensis episcopi de duodecim honoribus Sancti Ioseph nutritoris domini.* Incipit: *Si colligamus in unum quae sparsim de sancto Ioseph evangelica scriptura commemorat.* Explicit: *deus per omnia secula seculorum.*

c. fol. 109—130: *S. Bernardi homiliae quattuor ‚de laudibus Virginis matris'* (Cf. Bern. opp. Ven. 1726 Tom. III pag. 16). Inscriptio: *incipit prologus de omelia beati bernardi super evangelium missus est.* Incipit: *Scribere me aliquid et devotio iubet et prohibet occupatio.* Explicit: *cui hoc meum qualecunque opusculum devotissime destinavi.* Subscriptio: *explicit opusculum beati Bernardi abbatis super evangelium missus est.*

d. fol. 130—138: *Bedae homiliae II* (47. 40 Gil.). Inscriptio: *omelia venerabilis bedae presbyteri de eadem lectione.* Incipit: *exordium nostrae redemptionis fratres carissimi hodierna nobis sancti evangelii lectio commendat.* Explicit abrupte (cf. Gil. p. 306): *culpa surripiat, quia Deus superbis resistit: eos.* Hic liber qui olim fuit ‚monasterii sanctae Birgittae in Zoes' in Francogalliam erat abreptus.

323 (201, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 117.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—95 *Thomae a Kempis de imitatione Christi liber versibus elegiacis retractatus.* Inscriptio: *Thomae a Kempis Canonici regularis ordinis s. Augustini de imitatione Christi liber primus, Admonitiones ad spiritualem vitam utiles. Caput I. De imitatione Christi et contemptu omnium vanitatum mundi:*

Qui mea pone legit vestigia, noctis opacae
Laeva teret nunquam compita, Numen ait.

Explicit:

Imo, si facili possent ratione videri
Nec nova nec valde prodigiosa forent.

b. fol. 96—100 (Inscriptio): *Elogia* (30) *Deiparae ex Elogiis sacris et moralibus. R. P. Ignatii Bomplani S. I. Elogium I. Vita Mariae.* Incipit: *Speculum consulit, qui formae consulit.* Explicit: *hic sistit gloria Mariae, ubi sistit potentia Dei.*

c. fol. 100—107 (Inscriptio): *Encomia* (7) *Deiparae Rev. P. Ioannis Baptistae Masculi soc. Iesu Neapolitani. Encomium I. Magna Dei Mater sine labe concepta.* Incipit: *Scilicet et magna Dei Parens.* Explicit: *at licuit supra naturam ferre utero Deum.*

d. fol. 107—115 (Inscriptio): *Mariana cognatio Emanuelis Thesauri Patritii Tauriensis, comitis et Equitis magnae crucis ss. Mauritii et Lazari Elogiis descripta.* Incipit (fol. 107 v): *Auditis? sonant divinae tandem cognationis optata nomina.* Explicit (fol. 115 v): *et pro anchora, emeritum calamum figo.* Subscriptio: *Anno tuo 1745.* Foliis 115 v — 117r *Dedicatorium Elogium* continetur. E libris gymnasii Confluentini.

324 (203). 4°

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 358 quorum 214, 227, 243 et 248 vacua sunt.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—91 (Inscriptio): *Quatuor novissima Dyonisii Carthusiensis.* . . . . . Incipit: *Utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent.* Explicit: *omnipotentis qui est super omnia deus sublimis et benedictus. Amen.* Subscriptio: *explicit memoriale quatuor novissimorum dyonisii carthusiensis.*

b. fol. 92—100 (Inscriptio): *exercitium breve et utile de via purgativa editum a fratre dionisio carthusiensi.* Incipit: *Sicut dicit apostolus Stultam fecit deus sapientiam huius mundi.* Explicit: *te acturum adhuc putabis. Amen.* Subscriptio: *Explicit exercitium devotissimum Dyonisii Carthusiensis de via purgatoria. Ora pro me lector bone.*

c. fol. 101—149 (Inscriptio): *vita b*(eatae) *margaretae virginis.* Incipit: *Fuit in civitate partenopolis quaedam persona nomine margareta.* Explicit: *gloria in secula seculorum. Amen.* Subscriptio: *Et sic est finis . . . Orate pro scriptore pater noster et ave maria.*

d. fol. 149—158 (Inscriptio): *passio sancti ignacii episcopi et martiris.* Incipit: *Cum traianus Romanorum imperator.* Explicit: *vivit et regnat deus per immortalia secula seculorum. Amen.* Subscriptio: *Explicit passio beati Ignatii episcopi et martiris.*

e. fol. 159 — 198 (Inscriptio): *libellus* (qui Thomae a Kempis esse perhibetur) *de imitatione Christi et contemptu omnium vanitatum.* Incipit: *Qui sequitur me non ambulat in tenebris.* Explicit in fine libri tertii (fol. 197 r°): *dirige per viam pacis ad patriam perpetuae claritatis. amen.* Subscriptio: *explicit liber de interna consolatione.* Post indicem extat altera subscriptio haec: *finis sub anno domini M°CCCCL.*

f. fol. 206—213: *Vita Bernwardi episcopi.* Inscriptio: *epistola in historiam et legendam beati bernwardi hildesiensis episcopi.* Incipit: *Reverendo patri ac domino suo.* Explicit: *eum qui venturus est iudicare vivos et mortuos.*

g. fol. 215—226: *Vita Othmari abbatis.* Incipit: *Finitis duobus libellis quos de vita et virtutibus.* Explicit: *huius miraculi magnae ad modum laetitiae causa fuit.* Subscriptio: *explicit vita sancti Othmari abbatis.*

Post varii argumenti tractatus sequitur:

h. fol. 265—358 (Inscriptio): *Excerptum libri creaturarum sive naturae* (Raymundi de Sabunde). Incipit: *ubi maior unitas ibi maior perfectio.* Explicit abrupte: *careat turpitudine et sit honestus.* . . In primo libri folio haec extant verba: ‚*Sanctorum Thomae sum codex et Nicolai pro Bursfeldensis utilitate domus*'.

325 (202). 4°

Codex chartaceus saeculi XIIII foliorum 258 usque ad 159 numeratorum, quorum permulta vacua sunt.

Georgii de novo foro opuscula varia.

Inscriptio (primi opusculi): *ymago vitae.* Incipit: *Flecto genua mea ad precem domini nostri.* Explicit: *aqua in lapide illo.* In interiore tegumenti latere haec scripta sunt: *sunt in hoc volumine per P. Georgium de novo foro conventus nostri Wormatiensis circa annum 1392 Priorem conscripta multa valde utilia, et ad antiquitatis memoriam quae bene asserventur dignissima. Inter caetera primo loco commendari meretur Tractatus qui intitulatur formula vitae regularis* (fol. 35 v — 43): *ubi pro religiosa conversatione praeclarissima praecepta tradit et documenta.* E libris gymnasii Confluentini. Olim fuit ‚*carmeli Boppardiensis*'.

326 (205). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum 311.

Henrici de Kalteisen variorum opusculorum ineditorum volumen I.

Inscriptio (primi tractatus): *Consilia h*(enrici) *archiepiscopi nydrosiensis super quaesitis dum esset in regno nordoegiae ab anno 1453°.* Incipit: *in primis quaesitum est: an ille debeat sepelìri in cimiterio.* Explicit: *signo . . adiuncta.* Neque hoc neque quod sub No. 327 sequitur Kalteisenianorum opusculorum volumen in eis est quae recenset Quetif script. ord. praed. I. pag. 829 sq. E libris gymnasii Confluentini.

327 (208, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XV foliorum numeratorum 352 quorum nonnulla vacant scriptura.

Henrici de Kalteisen variorum opusculorum ineditorum volumen II.

Incipit: *Audivi et conturbatus est.* Explicit: *ubi maius.* Totum hoc fere volumen pertinet ad concilium Basileense. E libris gymnasii Confluentini.

III

CONFESSIONES FIDEI. ANTIQVITATES ET HISTORIA ECCLESIASTICAE. HISTORIA PONTIFICVM ORDINVM RELIGIOSORVMQVE.

328 (210. a). fol.

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 339 quorum satis multa vacua sunt.

Allgemeine lautere, richtige und endtlige wiederholunge etzlicher Artickell Augssburgischer Confession, in welchen ein tzeitt hero under etzlichen Theologen streitt vorgefallen, nach Anleitung gottes wordts, und summarischen einhalt unser christlichen lere beygelegt und vorgleichen.

Inscriptio (primi tractatus): *Summarischer Begriff der streittigen Artickell zwischen den Theologen. . . .* Incipit: *Von dem summarischen Begriff, Regell und . .* Explicit:

et CHRISTVM profiteamur HVICque adhaereamus. Finis. Qui singularum huius voluminis partium argumenta cognoscere cupient adeant *catalogum librorum . . . a Ioanne Petro Berg . . . . collectorum. Duisburgi 1801,* ubi cf. pag. 141. Elibris Ioannis Petri Berg.

329 (210, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVII foliorum numeratorum 227.

Confession und Glaubensbekändtnuss von itziger Zeit streitigen Religions-Punkten des Ministerij zu Bremenn.

Incipit: *Artic. 1. Von der ganzen christlichen Lehre im gemeinen und von der bekändtnus zu der Allgemeinen rechtglaubigen Kirchen. 1. Nachdeme Gott nicht anders.* Explicit (fol. 225 v): *sowoll Lateinisch als Deutsch, jeder Zeit gewiesen werden.* Paginis extremis *‚Register der titul in diesem Buch'* continetur. In folio 1v haec extant verba: *‚diese unsere Bremische Confession und Vergleichung hab ich mir von Wortt zu Wortt aus zweyen Exemplaribus lassen abschreiben, durch Didrich Heinrichs, praeceptoren im Roten Weisenkinderhaus getreulich. A. d. 1620. Philippus Caesar ss. theolog. D. und Pastor zu St. Anscharius alhier in Bremen'.*

330 (212, a). fol.

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 45.

Declarationes aliquot rituum seu consuetudinum ecclesiae collegiatae Heinsbergensis, Sittardensis, Iuliacensis, Düsseldorpiensis, Monasteriensis, Wassenburgensis. Statuta quarundam collegiatarum ecclesiarum.

a. fol. 1—22. Incipit: *Officialis curiae Archiepiscopalis Coloniensis.* Explicit: *ex arce Dusseldorpensi Anno millesimo quingentesimo septuagesimo quinto die XV mensis Augusti.*

b. fol. 23—45 (Inscriptio): *Statuta quarundam illustrissimi Principis ac Domini D. Guilielmi Iuliacensium . . . Ducis . . . collegiatarum ecclesiarum authoritate Apostolica correcta et confirmata.* Incipit post indicem: *Praefatio. In nomine domini. Amen.* Explicit: *Iacobus Wilich Notarius sententiarum.* Emptus est hic liber Coloniae a. 1834.

331 (212, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 73 quorum 5um vacuum est.

Koenigl. Preussische Rescripta und Verordnungen wegen der Lutherischen Kirchen-Cerimonien nebst M. Rotthens, Predigers zu Halle, Correspondentz.

Incipit: *Friedrich Wilhelm p. unsern p. Demnach wir an unsere Regierung. . . .* Explicit: *edirt von M. Mattheo Lungwitio, Archidiacono zu Kochlitz etc.*

332 (219, d). fol.

Codex chartaceus saeculi XVII foliorum 247.

Kirchen-Ordnung unser von Gottes Gnaden Augusti Hertzogen zue Brunswig und Lüneburg etc. wie es mit der Lehr und den Zeremonien unsers Fürstenthums Braunschweig, Wolffenbüttelschen und Dannenbergischen Theils . . . gehalten werden soll. Gedruckt A° 1651. Auss Herren Herzogen Iulii zu Braunschweig und Lüneburg so gedruckt a° 1615.

Incipit: *Vorrede. Von Gottes Gnaden wir Iulius Hertzog zue Braunschweige.* Explicit (fol. 240): *So geschehen unser Haupt-Vestung Wolffen-Büttel, den 24. Februarii des 1651. Jahres.* Extremis foliis continetur *Ordinanz des . . . Fürsten Augusti . . wie seiner fürstlichen Gnaden und dero fürstlichen Hauses Soldatesche zu Rosse und Fusse mit monatlicher Löhnung . . . zu halten.* Explicit: . . . *in der Stadt Braunschweig d 1. Augusti 1640.*

333 (213, c). fol.

Codex membranaceus saeculi XIIII foliorum 8, linearum 27, duarum columnarum, bene scriptus.

Separatio praepositurae S^ti^ Gereonis Coloniensis 1282.

Inscriptio: *Incipit separatio praepositurae.* Incipit: *Wernerus praepositus, Wilhelmus decanus. . . .* Explicit: *ideo me testem subscripsi et praesentes litteras meo solito signo signavi rogatus.* Hic liber raptus erat a Francogallis.

334 (213, b). fol.

Codex membranaceus saeculi XII*) foliorum 30, linearum 24—27, litteris initialibus rubris et caeruleis elegantissime scriptus. *) Dal. 1463.

Iuramentum Abbatissae, Canonicorum, vicariorum et diaconorum. Statuten und gewoenheit der kirchen zo sent Cecilien bynnen Cölne.

a. fol. 1—2 (Inscriptio): *Iuramentum Abbatissae.* Incipit: *Ego N. Abbatissa huius Ecclesiae.* Explicit: *So mijr got helpe und dat hilge evangelium.*

b. fol. 5—30 (Inscriptio): *In den Iaren uns heren dusent vierhundert und dryenseistzich . . . . . syn wir Abdisse und Capittel der . . kyrchen zo sent Cecilien bynnen Cölne . . . . und ercleren die statuten und Gewoenheit der egenanten unser kyrchen. ....* Incipit: *In den eirsten. So wanne eyne Abdisse.* Explicit: *wan dese statuta gelegen synt: eycht. . . .* Raptus erat hic liber a Francogallis.

335 (218, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 65.

Ein Sendbrieff ann D. Martin Lüther mit einem ausszug von den jetzschwebenden Irrthümben under dem Namen der Creatur beim Erkanntnüs unsers herren Ihesu Christi (von Caspar Schwenckfeld). Mit Doctor Martin Luthers Anntwort 1544.

Incipit: *Dem würdigen und hochgelerten herren Martin Luther . . Die gnad unsers herren.* Explicit: *und glidern der christlichen kirchen. In die gebethe und für bitt bevolhen haben.* Additum est atramento rubro: *Tu autem o Domine Ihesu, miserere populi tui, quem redemisti sanguine tuo precioso. Amen.*

336 (218, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XVII foliorum 365 quorum dimidia pars foliis intercalaribus scriptura vacantibus continetur, non nulla putredine corrupta sunt.

Varia curiosa ad Ecclesiastica et Politica Ostfrisica etc. pertinentia Originalia antehac in Familia Nobilissima Beninganorum asservata.

Incipit: *Ein christlyck bedenken von einer forma.* Explicit (fol. 339): *Geben in unser Stadt Aurich den . . . Martis Anno 1688. Locus sigilli.* Inde a folio 341 extant documenta (Urkunden) non nulla quorum unum typis est expressum.

337 (219, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 153.

Gerhardi Kleinsorge Diarium historiae Trucksesianae.

Inscriptio: *Diarium Historiae Trucksesianae. Dass ist Wahrhaffte historische Beschreibung, wass von Gebhardten Trucksess gewesenen und abgesetzten Ertzbischoffen zu Cöllen sonderlich sich in westphalen von Tage zu Tage zugetragen durch . . Gerharden kleinsorge . . der zu der Zeit gelebt schrifftlich verfasset undt durch Ioannem Ungsbeck . . Pastoren zu Werll auffgesucht. Endlich durch . . . Nicolaum Engell gleichfalls des Cloesters Wedinghausen Praemonstratenser Ordens Priesteren und Prioren daselbst der Posteritaet zu Nutz abgeschrieben. Geendigt Wedinghausen im Jahr 1672 den 11. September.* Incipit: *gründtlicher und wahrhaffter Bericht.* Explicit: *Philips Wolff. Gerdt Peutling, und andere etc. Finis.*

338 (219, a). 4°

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 53 quorum 13, 14 et 47 vacua sunt.

Scripta quaedam Bonnae urbis historiam ecclesiasticam illustrantia.

a. fol. 1—7 (Inscriptio): *BONNE, N, oppidi cumprimis vero ecclesiae colleg. Sanctorum Cassii et Florentii in eodem oppido ob Gebhardi quondam electi et confirmati archiepiscopi defectionem . . . . deploranda clades. . .* Incipit: *Gebhardus Truchsuis homo tametsi non indoctus.* Explicit: *et pace optata. Amen.* Subscriptio: *Gerardus Alectorius alias Bachtenkyrch ab Haen . . . manu propria.*

b. fol. 8—46 (Inscriptio): *Commissio Dominorum Decani et capituli collegiatae ecclesiae Bonnensis mihi Gerardo Alectorio eiusdem ecclesiae scholastico Bonna Coloniam transmissa.* Incipit: *Wir Dechandt und Capittel. . . .* Explicit: *capitulariter approbata fuit.* Supplicationes duas decani et capituli ecclesiae Bonnensis Cassii et Florentii Colo-

niam missas, ut suppellex ecclesiastica sacrilegio deleta restitueretur excipiunt epistolae originales quae singularum ecclesiarum dona Bonnam transmissa comitatae sunt.

c. fol. 48—53 (Inscriptio): *summaria specificatio cladis, damnorum ac gravaminum quae colleg. ecclesia S. Cassii et Florentii post Truchsicam defectionem integro septennio, binaque interea oppidi direptione . . . . sustinuit, ascripta singularum rerum moderata taxa usque ad initium anni MDLXXXIX.* Incipit: *Thumba beatae Helenae fundatricis.* Explicit: *Alectorius alias Haen schol. Bonnensis.* Donum Hagenaueri anno 1820, tunc studiosi litt. Bonnensis.

339 (219, c). 8°

Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 178 quorum 13 et 23—25 vacua sunt.

Ungedrückte Authentische Actenstücke zum Köllnischen Toleranzstreit wegen Verstattung eines Protestantischen Schul- und Predigerhauses auch in Betreff dess Vergleichs zwischen Magistrat und Bürgerschafft 1787—1789.

Incipit: *Deren Protestanten Vorstellung.* Explicit: *zur unaufhaltlichen Vornahm verwiesen. I. I. Cardauns.* Emptus est hic liber anno 1832 Coloniae.

340 (218, c). 4°

Codex chartaceus saeculi XVII foliorum 72 quorum 51—55 et 61—63 vacua sunt.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—50 (Inscriptio): *Wurtzburger Ursprung wie sie zum heiligen christliche glauben kommen undt regierung von einem Bischoff zum andern kurtze anzeigung. . . . Sum ex libris Martini Rehm Bamberg. Anno 1622.* Incipit: *De nomine Wirceburg. Differunt Vuirtz et Vuurtz.* Explicit: *Praepositus Herbipolensis eligitur 5. Octob. An. 1617.*

b. fol. 56—60 (Inscriptio): *von dem Bistumb undt Bischoven zue Bamberg.* Incipit: *Dass Bistumb Bamberg.* Explicit: *consecratur 7. Febr. 1610.*

c. fol. 64—72 (Inscriptio): *Bantz.* Incipit: *Banthis quod hodie Bantz appellatur.* Explicit: *consecratus An. 1599 in Festo S. Michaelis.* Emptus est hic liber a. 1841 Coloniae.

341 (219 ᵛ). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 866. Paginae singulorum annorum peculiariter numeratae sunt.

Diarium der Inspirirten. 1719. 1720. 1722. 1723. 1724. 1731—1733.

a. fol. 1—186 (vol. I). Incipit: *Bergheim den 8. Januarij 1719. Anno 1719.* Explicit: *sondern setzten unsern Weg folgenden Morgens als am Neujahrs-Tag 1720 in Gottes Nahmen fort.*

b. fol. 187—342 (vol. II). Incipit: *Nion den 1. Januarij 1720. Anno 1720. Auf den Neujahrs-Tag.* Explicit: (pag. 309) *wann ihr Thun einträchtig ist, ohne Falschheit, Trug und List.* Paginis extremis '*Register der Zeugnisse in diesem Band*' *continetur.*

c. fol. 343—480 (vol. III). Inscriptio: *Neue Pflantzung der Kirche Gottes meistens durch unmittelbare und ausserordentliche Gnaden-Würckungen des Geistes der Weissagung . . . . als ein neues Zeugniss der wahren Inspiration unveränderten Diarien. . . .* Incipit: *J. J. J. Anno 1722. Ronneburg d. 11. Januarij 1722 hielt Bruder Joh. Fischer.* Explicit (pag. 265): *bey, in und unter euch, so ihr folget und darauf mercket.* In fine voluminis extat index.

d. fol. 481—665 (vol. IV). Incipit: *J. J. J. Anno 1723. 1. Ronneburg d. 20. Januarij, Vormittags.* Explicit (anni 1824 pag. 142): *Allmächtiger Gott! Stilles Lamm! etc. ist gedruckt in der 13. Sammlung pag. 115.* Sequitur index.

e. fol. 666—866 (vol. V). Incipit: *J. J. J. Anno 1731. 1. Hinebach d. 4. Februarii früh in der Versammlung.* Explicit: *Wer seine Seele erhalten will wird sie verlieren.* Empta sunt haec volumina anno 1858 ex hereditate Maximiliani Goebelii. Cf. idem Goebelius Niedneri annalium historicae theologiae tom. 24 (1854) pag. 278.

342 (216). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 131 quorum 96—101 vacua sunt. Vsque ad folium 70 numeratae sunt paginae.

Liber miscellaneus.

a. fol. 1—73 (Inscriptio): *Historia Pontificum ex B. Platina contracta.* Incipit: *§ 1. Historiam Pontificam ex B. Platinâ tradituris de Authore et nomine Pontificum quaedam praenotanda sunt.* Explicit (pag. 140): *nova concordia et Pace inita Caesari nostro subsidia adversus Turcas pollicetur. Finis.*

b. fol. 74—95 (Inscriptio): *Annotamenta et excerpta Thebana.* Incipit: *§ 1. Cebes quis? Et quae scripserit? Cebes, Thebis in Boeotia natus.* Explicit: *mantissa de famulo et dicipulo Cebetis.*

c. fol. 102—131 (Inscriptio): *Eclogae Eresianae.* Incipit: *Cum Deo. Prolegomena. Theophrasti praeceptor, cognomen.* Explicit: *et ut Posidone mense lavet frigida coge. Finis.*

343 (217, a). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum numeratorum 359.

Gesta pontificum Trevirorum.

Indicem sequitur inscriptio: *Incipiunt gesta pontificum Trevirorum. Cum quibusdam aliis accidentibus. De adventu sanctorum Eucharii, Valerii et Materni ad urbem Trevericam.* Incipit: *Cum igitur beatissimus Petrus, princeps apostolorum, ac universalis ecclesiae a Domino pastor constitutus.* Explicit: *Quid significet, videbimus. pro dolor satis isto, Xbr. 15.* Raptus erat hic liber a Francogallis.

344 (222*, c). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIII paginarum numeratarum 14.

Petit exposé du genre de vie que l'on même au monastère de la maison – Dieu de la Val – Sainte N. D. de la Trappe au canton de Fribourg en Suisse, et des dispositions ou doit être celui qui desire y entrer.

Incipit: *Qui que vous soyez à qui Dieu.* Explicit: *surtout pour l' obéissance et le silence continuel.* Donum Alfredi Nicolovii anno 1844.

345 (220 ᵛ, d). fol.

Codex membranaceus saeculi XVII foliorum numeratorum 41, elegantissime scriptus.

Anniversale benefectorum domus vallis Dei ordinis Cisterciensis.

Inscriptio: *Anniversale benefactorum domus vallis Dei ordinis Cisterciensis. Sollicitudine et munificentia venerabilis D. Prioris de Geer scrib: F. Æ. N. 1639.* Incipit: *Ianuarius. A. Kal. 1. Anniversarium.* Explicit (fol. 39 ᵛ): *December. A. Prid. 31 Anniversarium.* Foliis 40 et 41 extat *index R. R. D. Abbatum domus vallis dei* pertinens usque ad annum 1639: quem recentior manus continuavit usque ad annum 1759. Hic liber raptus erat a Francogallis.

346 (222 ᵛ, b). 4°

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 130, linearum 29—31, litteris initialibus rubris.

Ordens boyck van Cistercien.

Inscriptio: *Hier begynt dat ordens boyck vā Cistercien In latū geheiten Usus altoe samē wat hyr nae geschreven staet yn desen boyck myssen vū vit hoert dat to dem eirstē wo mē in die advēt halden sal.* Incipit: *Des eirsten sōven daeges yn der advēt sal die prophete ysaias.* Subscriptio abrupta: *et sic*

347 (222 ᵛ, d). 4°

Codex chartaceus saeculi XVII vel XVIII foliorum 197 quorum 130, 131 et 171 vacua sunt.

Sanctuarium Himmenrodense.

Inscriptio: *Sanctuarium Himmenrodense, ex quo, veluti Regulari Benedictino, Cistertiensi, Seminario, Plurimi eiusdem Alumni, et professores, ad beatificantis Ierusalem, coeleste Sanctuarium Sanctitatis laureis, insignes, assumpti fuisse, ostenduntur. Simulque varia pietatis exercitia, meditationes, aliaeque sacrae praxes, traduntur. . . .* Incipit: *chronologica et summaria notitia sanctuarii Himmenrodensis.* Explicit: *ei apparere ac delicias suas habere in ipso.* Raptus erat hic liber a Francogallis.

348 (222 c,). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum numeratorum 129.

Ordinationes sacrae religionis Hierosolymitanae.

Incipit: *In nomine sanctae et individuae trinitatis.* Explicit: *In suo robore durantibus et permanentibus.* Donum Trimborni anno 1826.

349 (222, b). fol.

Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 137 quorum 129 et 130 vacua sunt, paginis numeratis usque ad folium 128.

Ristretto e compendio degli statuti, costumi e ordinacioni della sacra religione Gierosolimitana.

Incipit: *La sacra religione di S. Gio.* Explicit (pag. 257): *e di consignare li Rei di crimine lese maiestatis e gli Heretici.* Foliis 131—137 index continetur. Addita est in fine typis descripta bulla Urbani VIII Romae 1628. Donum Trimborni anno 1826.

350 (220). fol.

Codex chartaceus saeculi XVII foliorum 365 quorum paginae numeratae sunt.

Monasterii Coloniensis FF: Eremitarum S. P. Augustini historiae quinquesaecularis libri sex. Ex variis authoribus, archiviis, monumenti registris et litteris collecti ac digesti a F. Arnoldo Neelsbach. . . Anno 1676.

Incipit: *Ad lectorem de historiae utilitate . . ex Sebastiano Maccio Burantino lib. 3 de historia cap. secundo. Quamquam historiae lectio omnibus prodest.* Explicit: *Petrus de Vos provincialis conventum visitaverit.* Subscriptio: *Et sic est finis libri sexti quinque-saecularis historiae conventus antiquissimi Coloniensis.* Folio 365 extat initium indicis usque ad libri II caput 10 pertinens. In limine huius voluminis quod postea a Francogallis raptum erat scripta sunt haec verba: *‚sum bibliothecae Augustinianae Coloniensis 1778'.*

351 (222, d). fol.

Codex membranaceus saeculi XV vel XVI foliorum 51, linearum 27, litteris initialibus modo rubris modo caeruleis bene scriptus.

Constitutiones religiosarum sororum regularium ordinis sancti Augustini conventus ad piscinam extra et prope muros civitatis Coloniensis.

Inscriptio: *Constitutiones et statuta sumptae et excerptae a constitutionibus et statutis canonissarum regularium capituli generalis Wynderemensis et ex antiquis statutis ipsius monasterii ad piscinam quibusdam passibus mitigatis propter fragilitatem humanam. Approbatae et confirmatae per Reverendum in Christo dominum Theodericum archiepiscopum Coloniensem. Ac religiosis sororibus regularibus ordinis sancti Augustini conventus ad piscinam extra et prope muros civitatis Coloniensis situati et domino Archiepiscopo Coloniensi pleno iure subiecti . . impositae et mandatae observari.* Incipit: *Quoniam ex praecepto regulae iubentur sorores habere cor unum.* Explicit (fol. 48): *in diebus etiam quibus sorores aliae generaliter accipiunt disciplinam accipiant et conversae.* Subscriptio: *Expliciunt constitutiones religiosarum sororum ordinis sancti Augustini conventus ad piscinam extra et prope muros civitatis Coloniensis.* Foliis 49—51 narratur visitatio *‚monasterii religiosarum magistrae et sororum ordinis sancti Augustini in Wyger'*

facta per Adamum abbatem anno 1465. In primo folio erasa sunt verba non nulla scripta recentiore manu qui nisi omnia nos fallunt haec fuerunt: *‚Liber monasterii ordinis canonicorum Coloniensium'*. Postea hic liber raptus erat a Francogallis.

352 (222, a). 4°

Codex membranaceus saeculi XVI foliorum 84 quorum 75*mum* vacuum est, linearum 24, litteris initialibus rubris bene scriptus. Vsque ad folium 68 paginae sunt numeratae.

Liber constitutionum sanctimonialium ordinis sancti Augustini.

a. fol. 1—66 (Inscriptio): *Incipit prologus in librum constitutionum sanctimonialium ordinis sancti Augustini.* Incipit: *Quoniam ex praecepto regulae iubentur sorores habere cor unum.* Explicit: *male se habuerint corripiat et emendet.* Constitutionum quattuor partibus addita sunt (fol. 66—74) *capitulum de diversis statutis confirmatis quintum* et *constitutio domini bonifacii octavi de statu regularium in libro sexto de clausura monialium....*

b. fol. 76—84 (Inscriptio): *regula sororum heremitarum ordinis sancti Augustini.* Incipit: *Ante omnia sorores karissimae diligatur deus.* Explicit: *Et in temptationem non inducantur. Amen.*

353 (221). 4°

Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 425 quorum paginae numeratae sunt.

Varia monumenta historiam ordinis sancti Salvatoris beatae Birgittae illustrantia.

Inscriptio: *Regula sancti salvatoris data divinitus ab ore Iesu Christi. . . .* Incipit: *In dominio Regis Norvegiae qui est ad Septentrionem omnium Regum ultimus.* Explicit: *gelobt sey ewiglichen ohn ende von allen geschöpffen. Amen.* Subscriptio: *Ende des Elucidarii.* In initio extant haec possessorum nomina: *‚I. K. I. Lohé Pastor in Kessenich possessor huius libri titulo emptionis'* et *‚Laurenz Lersch 1840'*.

354 (223, a). fol.

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum numeratorum 171 quorum 110—112 vacua sunt.

Rituale monasticae hyparchiae coenobii Lacensis, usus, consuetudines, et ritus, vetusto more observari solitos referens in usum hyparchi per f(ratrem) Io(annem) Aug(ustinum) eiusdem coenobii abbatem contextum.

Incipit: *Relligioso, docto iuxta ac pio patri Mathiae Cochemensi monasterii Lacensis priori suo frater Iohannes Augustinus eiusdem coenobii Abbas immeritus salutem precatur et regularis disciplinae incrementum. Si tam essent pulchra, charissime pater prior quae difficilia quam sunt (ut dici solet) difficilia quae pulchra.* Explicit (fol. 161 v): *obscurum, lucidum et mucidum et plerumque etiam pendulum.* Foliis 162 et 163 r *index capitum* continetur, extremis foliis inde a 163 v *calendarium una cum brevi annotatione consuetudinum et quorundam quae usu venire solent per anni circulum in conventu fratrum monasterii Lacensis.* Praeterea foliis 113 v et 114 r (post libri primi finem) extat *catalogus abbatum Lacensium* compositus sub finem saeculi XVI, continuatus postea usque

ad annum 1766. Publici iuris fecit eum catalogum Gieselerus symbol. ad hist. monast. Lac. (Bonnae 1826) pag. 18sqq.: quae commentatio post Ziegelbauerum hist. rei lit. ordinis S. Benedicti III p. 335 sqq. omnino conferenda est de his libris Lacensibus usque ad No. 359 recensitis qui cuncti postea rapti erant a Francogallis.

355 (220 v, b). 4°

Codex membranaceus saeculi XVI foliorum numeratorum 68, linearum 23—24, litteris initialibus rubris bene scriptus.

Ioannis Butzbachii Piemontani operum vol. I.

Inscriptio: *Relatio sive peroratio Ioannis Piemontani prioris Lacensis de laudibus et virtutibus Iacobi de Fredis senioris conmonachi, sacerdotis atque viceprioris sui viri tum devoti tum religiosissimi . . . . . ad fratres habita . . . . .* Post *epistulam Ioannis B. Piemontani prioris in lacu in relationem . . . .* incipit (fol. 4): *Sacerdotes eius induam salutari: et sancti eius exultatione exultabunt. Ps. CXXXI.* Explicit: *cui est laus salus et benedictio honor et gloria atque potestas per infinita secula seculorum. Amen. dixi.* Subscriptio: *Finitur oratio I. B. P. in commendationem Iacobi monachi ad coetum fratrum tempore minutionis in loco capitulari habita tandemque fratri Valerio eiusdem cellae heredi qui et transscripsit eam in hanc formam nuncupata MDXI.* In initio haec extant verbo: *Liber beatae Mariae virginis in lacu quem scripsit frater Valerius de Meyen pro quo memento eius deus.*

356 (220 v, c). fol.

Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 322 quorum 53, 93 et 147 vacua sunt.

Ioannis Butzbachii Piemontani operum volumen II.

a. fol. 1—49 (Inscriptio): *Prologus in tripertitum Odeporicon fratris Ioannis Piemontani monachi lacensis ordinis . . . benedicti ad Philippum Haustulum germanum suum scholasticum monasteriensem in Westphalia. . .* Incipit: *Iam dudum postulasti atque adhuc usque petis a me.* Explicit: *Vale. Ex lacu tertio aprilis Anno domini 15(0)6°.*

b. fol. 50—131: *De illustribus mulieribus liber.* Inscriptio (fol. 54): *Liber primus de illustribus studiosis doctisque mulieribus.* Post *epistolam fratris Ioannis Boutzbagii . . . ad Aleidem bonarum litterarum studiosam deoque devotissimam virginem sanctimonialem in insula Rolandi ordinis divi Benedicti in opusculum subiectum praefatoriam* (fol. 50) incipit: *Qua omnium nostrum qui fuerunt sunt aut in futuro erunt prima parens.*

c. fol. 132—139 (Inscriptio): *Epistola Ioannis Piemontani lacensis monachi ad devotam virginem Gertrudem sanctimonialem insignem pictricem in insula Rolandi.* Recentior manus addidit inscriptionem alteram hance: *Iohannis Piemontani opusculum de claris pictricibus . . ad Gertrudem sanctimonialem.* Incipit: *Qum advenienti dudum ad monasterium nostrum.* Explicit: *Habes iam soror carissima pauca quaedam de tuae artis laudibus. . . . Vale ex lacu et ora pro me deum.* 1505. τέλος.

d. fol. 140—145 (Inscriptio): *Epistola fratis Philippi Haustuli . . . . ad Ioannem Boetzbagium piemontanum priorem in lacu.* Incipit: *Praeclarissimo in Christo patri fratrique suo germano Ioanni Boetzbagio.* Explicit: *deum ora et commenda me fratribus tuis 1508.*

e. fol. 158—308 et 145 v — 157 (Inscriptio extans in fol. 158): *Auctarium Ioannis Boutzbachii de scriptoribus Ecclesiasticis.* Incipit: *Iohannes Tritemius quondam spanhemensis . . abbas.* Eplicit (fol. 157): *E quibus extat luculento stilo et sermone . . collecta legenda venerabilis Alberti. Et nonnulla alia. . . .* Folia auctarii numerata sunt. Foliis 309—314 v index continetur.

f. fol. 315—322 (Inscriptio): *Sylvula carminum fratris Ioannis Curvellonis Vbii . . . ad Ioannem Boutzbagium. . . . Adhortatio ad rosarium.* Incipit: *Omnes nunc roseo curas immergite christi.* Explicit: *Post odium antiquum surgit dilectio maior Sic erit innocuus qui fuit ante malus. Finis.*

357 (71). fol.

Codex membranaceus deleticius saeculi XVI foliorum numeratorum 236 quorum 85*mum* vacuum est, linearum 28, sub finem conplurium, litteris initialibus rubris bene scriptus.

Ioannis Butzbachii Piemontani operum volumen III.

a. Carminum epistularumque quae prima huius voluminis pars a folio 1—84 continet exscripsisse sufficiat inscriptiones (cf. index in primo folio extans): *Epistola fratris Iohannis Piemontani ad Re. Symonem de Petra abbatem suum de commendatione poeseos* (fol. 2), *Ad eundem contra ignavos monachos Satirarum carmine elegiaco libri tres* (fol. 4), *Appologia ad eundem carmen unum* (fol. 24 v), *Protrepticon ad novicium eiusdem metri li. I.* (fol. 25), *Panegiricon ad Iacobum Siberti Carmen unum* (fol. 29), *Panegiris ad Aleydem virginem Carmen unum* (fol. 31), *Carmen staurostichon cum epistula Philippi Haustuli* (fol. 32 v), *Ode eiusdem sa*(p)*phica de casibus Ioannis Piemontani* (fol. 37 v), *Carmen elegiacum eiusdem ad Iacobum Siberti* (fol. 39), *Panegiris sa*(p)*phica eiusdem de laudibus illustrium virorum monasterii nostri lacensis* (fol. 39 v), *Saphicon eiusdem ad Valerium Meyenēn de sancta Anna* (fol. 43), *Microstroma chiliasticon panegiricum epenologium elegiacum de laudibus Tritemianis* (fol. 46), *Fratris Philippi Drunck de Mildebergh index metricus in regulas . . . benedicti* (fol. 68), *Epistola Iacobi Siberti ad Ioannem Piemontanum* (fol. 70), *Apologia Ioannis Piemontani ad eundem Iacobum* (fol. 74).

b. fol. 86—228 (Inscriptio): *Fratris Ioannis Boutzbagii piemontani prioris in lacu de laudibus tritemianis et commendatione philosophica adversus zoilos ac tritemiomastigas: ad . . . . fratrem Iacobum Siberti . . . macrostromatis liber primus feliciter incipit.* Incipit: *Ioannes Tritemius quondam coenobii sancti martini episcopi in spaenhem.* Explicit: *commendare et iuvare curato. Vale.* Macrostromatis folia peculiariter numerata sunt.

Foliis 228 v — 235 extat *clippeus qui et elogium eiusdem ad Gerhardum Baldewin in sugillationes Iacobi Wymphelingii. Liber unus.* Explicit: *si nullas ad te tuis respondentes dedissem de hac re litteras. Vale.*

In interiore huius voluminis tegumento agglutinata est epistola Trithemii (edita a

Busaeo pag. 977) quam recte iudicasse Gieselerum l. l. pag. 14 ‚archetypum' Trithemii esse persuadere mihi non potui. Quanquam enim in fine extant verba ‚*Mea manu raptiss.* (ime) *Io. Trit'.* tamen nec diligens scriptura nec enuntiatorum litterae initiales rubro colore pictae illi opinioni favere videntur.

358 (220 ˣ, f). fol.

Codex membranaceus deleticius saeculi XVI foliorum 241, linearum 28—32, litteris initialibus rubris bene scriptus.

Ioannis Butzbachii Piemontani operum volumen IIII.

a. fol. 1—211. (Inscriptio): *secunda pars Macrostromatis id est operis varie contexti de philosophicis laudibus Tritemianis per studiosum patrem Ioannem botzbagium piemontanum.* . Post epistolam Trithemii ad Butzbachium datam pertinentem ab initio usque ad folium 5 incipit (fol. 6 inde a quo peculiaris macrostromatis foliorum numeratio oritur): *Tritemii viri ob doctrinae et virtutis excellentiam nunquam satis laudati.* Explicit: *adhaerente et studio meo valde conveniente. Anno domini 1509.*

b. fol. 212—226 (Inscriptio): *Appologia studiosissimi patris Ioannis Boutzbagii . . .* ad . . *Ioannem Tritemium pro lucubrationibus suis.* Incipit: *Reverendo in Christo patri et domino.* Explicit: *Iterumque iam vale amice charissime. TELOS.*

c. fol. 226—241 (Inscriptio): *Tractatus eiusdem ad . . patrem Fredericum novellum abbatem per modum familiaris exhortationis de regimine seu aura claustrali scriptus.* Incipit: *Quom non nullos ad regimen claustrale.* Explicit: *vale ex lacu raptissime IX° kl. novembris Anno M. quingentesimo d*(ecim)*o.*

359 (220 ˣ, g). fol.

Codex membranaceus deleticius saeculi XVI foliorum 103, linearum 26—28, litteris initialibus rubris bene scriptus.

Iacobi Siberti opera.

Barth. Georgii Niebuhr epistulae ad Eduardum Weber, bibliopolam Bonnensem, datae annis 1825—1830. Incipit: *Der geheime Staatsrath Niebuhr.* Explicit: *Briefwechsel zur Ansicht Nb.* Conlectio haec cognitu dignissima praecipue pertinet ad historiam editionis corporis Byzantinorum Bonnensis. Donum Rudolfi Weber.

678 (294) 4° Codex chartaceus saeculi XVIII paginarum numeratarum 101.

Farrago Epistolarum maximam partem ad B.tum D. Samuelem Schelwigium (1643—1715) vel ab Ipso ad Alios datarum ex autographis descriptarum calamo C. S. Thomasii Hayn. Sil. Inscriptio altera: *Pars Prior, continens Epistolas ad Schelwigium datas.* Incipit: *1 Iesum et in hoc salutem.* Explicit: *completa in justificatione.*

679 (316, 8) 4° Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 36.

F. Th. Welckeri epistulae. Inscriptio: *Briefe an die Eltern 1801—1815.* Incipit: *Samst. Abends 11 Uhr. Beste Mutter.* Explicit: *von seinem schönen Vorsatz weichen.* Donatio Welcker.

680 (316, 5) 4° Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 128 formae diversae.

F. Th. Welckeri epistulae. Inscriptio: *Briefe, geschrieben auf meiner Reise vom 1. Aug. 1806—24. od. 25 April 1808, wo ich Rom verliess.* Incipit: *G(ross) Karben den 3ten Aug. 1806.* Explicit: *66—6*; est summa additionis expensorum. Donatio Welcker.

681 (316, 9) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 31 formae diversae.

F. Th. Welckeri epistulae. Inscriptio: *Feldzug bis nach Lyon 1814 von Anfang Febr. bis in den Sommer.* Sunt epistulae maximam partem ad parentes datae cum commentariis itinerariis. Incipit: *Darmst(adt) d. 27 März — Sontags 1814 Theuerste Eltern.* Explicit: *In Gesellschaft.* Donatio Welcker.

682 (316, 11) 4° Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 65 formae diversae.

F. Th. Welckeri epistulae. Inscriptio: *Göttingen & Bonn. Briefe nach Haus u. an Carl. 1816—1825.* Incipit: *No 1 Göttingen den 1 Nov. 1816.* Explicit: *Von ganzem Herzen Ihr F. G. W.* In folio praefixo haec extant verba: *Die Briefe an Carl hat die Ministerial- und Inquisitorial-Commission hier in Bonn bei der Untersuchung selbst zurückgegeben. Alle übrigen, von Göttingen nach Kiel u. s. w. leider hat er ins Feuer geworfen. So wie mein Vater sel. die welche ich als Student an ihn geschrieben hatte.* Donatio Welcker.

683 (316, 18) 4° Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 115 formae diversae.

F. Th. Welckeri ad G. L. Dissenum epistulae, scriptae annis 1820—1837. Adiecta sunt et epistulae tres Wunderlichi Gottingensis ad Welckerum missae de rebus Disseni mortui ordinandis et *Verzeichniss der von dem seeligen Herrn Hofrathe Dissen hinterlassenen wissenschaftlichen Papiere.* Incipit: *Bon d. 18 März 1820. Vielen Dank, mein lieber.* Explicit: *Ihr treugehorsamster Wunderlich.* Donatio Welcker. Conf. n. 696.

684 (316, 17) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 477 formae diversae.

F. Th. Welckeri ad Ed. Gerhardum epistulae, scriptae annis 1825—1866. Incipit: *Bof. 24. Nov. 25. Glauben Sie ja nicht.* Explicit: *Von Herzen der Ihrige F. G. Welcker.* Litteris annorum 1863 sqq. alia manu scriptis Welckerus sua manu nomen subscripsit. Donatio Welcker. Conf. n. 697.

685 (336, 32) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 474 formae diversae.

Epistulae variorum ad Welckerum missae. Sunt autem scriptores epistularum: E. M. Arndt, I. Bekker, P. Ch. W. Beuth, I. F. Blumenbach, M. Boisserée, S. Boisserée, C. I. Bunsen, E. Curtius, Guil. Dindorf, I. L. Doederlein, I. F. Duebner, F. v. Eckstein, A. Feuerbach, K. W. Goettling, I. et Guil. Grimm, R. Haym, M. Hertz, A. Hirt, L. Kayser, W. K. Kayser, K. Keil, H. K. E. v. Koehler, P. v. Koeppen, K. Lachmann, K. R. Lepsius, E. v. Leutsch, K. Levezow, G. Ch. F. Lücke, I. H. Meyer, A. Moustoxydes, G. W. Nitzsch, C. Orelli, I. G. v. Quandt, A. R. Rangabé, F. Ranke, K. Reisig, L. Ross, L. S. Ruhl, A. Schöll, L. v. Schorn, I. H. Ch. Schubart, Schulz Wetselariensis, W. G. Soldan, K. B. Stark, A. v. Steinbüchel, I. W. Suevern, G. L. F. Tafel, F. W. Thiersch, E. H. Toelken, H. Ulrici, W. Vischer, K. H. W. Voelcker, K. Ch. K. Voelker, F. W. Wagner, Fr. Wieseler, I. Zündel. Incipit: *Geliebter Freund, wohl haben.* Explicit: *Prof. Hofrath Welker in Bon.* Donatio Welcker.

686 (316, 37) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 163 formae diversae.

Epistulae variorum ad Welckerum missae. Scriptores sunt: Frid. Diez, Phil. Ditges, Fritsch Wetselar., A. Herm. Lud. Heeren, Ph. K. Henke, Godof. Hermann, Christ. G. Heyne, Barth. Georg. Niebuhr, Franc. Ferd. Pape, H. E. G. Paulus, Carol. Prien, Franc. et Ioan. Riepenhausen, Fried. G. I. de Schelling, Aug. Guil. de Schlegel, Frid. Aug. Wolf. Incipit: *Giessen d. d. 15t Aug. 1817 Hochgeehrtester Herr Professor! Wenn Sie.* Explicit: *Hochachtung der Ihrige F. A. W(olf).* Donatio Welcker.

687 (316, 34) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 452 formae diversae.

Epistulae ad Welckerum missae. a) Fol. 1—57 Epistulae N. Bach, scriptae annis 1825—1839. Incipit: *Berlin 26 Mai 1825. Theuerster Lehrer.* Explicit: *gesunde Klima gut bekommt.* — b) Fol. 58—130 Epistulae Henrici Brunn, scriptae annis 1846—1867. Incipit: *Ueber den schönen Neapolitanischen Junokopf.* Explicit: *Ihr stets dankbar ergebener H. Brunn.* — c) Fol. 131—203 Epistulae F. Deycks, scriptae annis 1830—1864. Incipit: *Koblenz, 22 October 1830.* Explicit: *Ihrem dankbaren F. Deycks.* — d) Fol. 204—253 Epistulae Henrici Düntzer, scriptae annis 1846—1868. Tres primae sine die et anno sunt. Incipit: *Geehrtester Herr und Freund! Ob der Ihnen.* Explicit: *treu ergebener H. Düntzer.* — e) Fol. 254—452 Epistulae Guilelmi Henzen, scriptae annis 1843—1864; in initio 9 epistulae sine die et anno, in fine addita est una Augustae Henzen, tribus epistulis Henzenianis additae sunt in eadem charta tres aliorum. (Henrici Keil, Theodori Mommsen, Nicolai Delius.) Incipit: *Hochverehrter Herr Professor! Ich benutze.* Explicit: *Andenken zu behalten. Auguste Henzen.* Donatio Welcker.

688 (316, 36) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 261 formae diversae.

Epistulae ad Welckerum missae. a) Fol. 1—44 Epistulae Theodori Bergk, scriptae annis 1835—1857 Epistula prima sine die et anno est. Incipit: *Hochverehrter Freund, Ich gestehe.* Explicit: *treuer Th. Bergk.* — b) Fol. 45—77 Epistulae Ioannis Gustavi Droysen, scriptae annis 1831—1851. Incipit: *Ew. Wohlgeboren mag es nicht Wunder nehmen.* Explicit: *treuer Verehrung Ihr Joh. Gust. Droysen.* — c) Fol. 78—141 Epistulae Caroli Friderici Hermann, scriptae annis 1831—1853. Incipit: *Hochzuverehrender Herr Professor, Ew. Wohlgeboren.* Explicit: *wahrhaft ergebenen Hermann.* — d) Fol. 142—177 Epistulae Frider. Osann, scriptae annis 1818—1858. Incipit: *So angenehm es mir.* Explicit: *Ergebenheit der Ihrige Osann.* — e) Fol. 178—200 Epistulae Francisci Passow, scriptae annis 1816—1830 addita est epistula W. A. Passow, Francisci filii. Incipit: *Breslau, May 2. 1816 Im Jahr 1814.* Explicit: *ergebensten W. A. Passow stud. philol.* — f) Fol. 201—225 Epistulae Henrici Voss, scriptae annis 1805—1818. Epistula prima sine anno est. Incipit: *Heid(elberg) d. 23 Jul. Ich wollte Dir.* Explicit: *Eiligst Dein Heinrich Voss.* — g) Fol. 226—245 Epistulae Guilelmi Ernesti Weber, scriptae annis 1824—1838. Incipit: *Frankfurt a. M. d. 21 März 1824 Hochgeehrter Herr.* Explicit: *Ergebenheit Ihr W. E. Weber.* — h) Fol. 246—261 Epistulae Ludovici Christ. Zimmermann, scriptae annis 1829—35. Additae sunt 3 epistulae fratrum Ludovici. Incipit: *Liebster Freund! Vorerst versichere.* Explicit: *Verehrung der Ihrige K. Zimmermann.* Donatio Welcker.

689 (316, 30) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 129 formae diversae.

Epistulae ad Welckerum missae. a) Fol. 1—7 Epistulae Alexandri ab Humboldt, scriptae annis 1831—59. Incipit: *Ich freue mich sehr.* Explicit: *Ihr treuer Al. Humboldt.* — b) Fol. 8—102 Epistulae Guilelmi ab Humboldt, scriptae annis 1806—1830 Epistula prima missa est ad patrem F. Th. Welckeri; in fine addita est epistula d. 3 Ian. (18)35 a Gerhardo scripta de valetudine Guilelmi ab Humboldt. Incipit: *Rom, den 15 November 1806 Ich würde nicht versäumt haben.* Explicit: *im gegenwärtigen Zustand seit Monaten.* Editae sunt a R. Haym, Berolini sumtu R. Gaertner 1859. 8°, non impressae sunt epistulae tres n. 13 Wien 22 Ian. 1812, n. 14 Wien 18 März 1812, n. 44 Berlin 24 Feb. 1829. — c) Fol. 103—117 Epistulae Carolinae ab Humboldt, Guilelmi filiae, scriptae annis 1831—1836. Incipit: *Tegel den 17 October 1831. Ich kann, lieber Welcker.* Explicit: *Ihrer Freundin Caroline.* — d) Fol. 118—119 Epistula Gabrielae a Buelow e gente Humboldt. Incipit: *Berlin, d. 23sten April 1859. Ich weiss nicht.* Explicit: *ergebenste Gabriele v. Bülow geb. v. Humboldt.* — e) Fol. 120—129 Epistula Welckeri ad Guilelmum ab Humboldt edita a R. Haym in *Wilh. v. Humb. Briefe an F. G. Welcker* pag. 82 sqq. Donatio Welcker.

690 (314, 33) 8° Wilhelm von Humboldt's Briefe an F. G. Welcker herausgegeben von R. Haym. Berlin, R. Gaertner 1859. 8°. In marginibus nonnulla Welckerus adnotavit. Donatio Welcker.

691 (316, 31) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 189 formae diversae.

Epistulae ad Welckerum missae. a) Fol. 1—158 Epistulae Carolinae ab

Humboldt, Guilelmi uxoris, scriptae annis 1808—1826. Incipit: *R(om) den 27 April 1808. Mein bester Welker.* Explicit: *Ihrer K. Humboldt.* Addita sunt (fol. 159—177) carmina quaedam lyrica Germanica Carolinae cum apographo epistulae ut videtur Welckeri ad Guil. ab Humboldt de morte Carolinae. — b) Fol. 178—189 Epistulae tres a Theodoro ab Humboldt, Gustavo Rennenkampf, H. Kohlrausch scriptae. Incipit: *Roma di Giugno 1808. Mio carissimo Amico.* Explicit: *Ewig ihr H. Kohlrausch.* Donatio Welcker.

692 (316, 35) 4° Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 55 formae diversae.

Augusti Boeckhii ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1809—1861. Incipit: *Verehrtester Freund, Eine Gelegenheit.* Explicit: *von Herzen der Ihrige Böckh.* Donatio Welcker.

693 (316, 23) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 52 formae diversae.

Carl. Aug. Boettigeri ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1806—1835. Incipit: *Carlsbad 17. July 1806 Mein theuerster Freund.* Explicit: *nicht bloss ein Compliment schreiben.* Donatio Welcker.

694 (316, 21) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 63 formae diversae.

Aemilii Braunii ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1837—1852; nonnullarum partem priorem Braun, alteram W. H(enzen) scripsit; praeterea accedit una epistula Annae Braun, Aemilii uxoris. Incipit: *Milano 23 Sept. 1837. Hoch und längst verehrter Mann.* Explicit: *kind regards to Ritschls and Naumanns.* Donatio Welcker.

695 (316, 25) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 74 formae diversae.

Friderici Creuzeri ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1807—1840; additum est apographum epistulae Welckerianae ad Creuzerum. Incipit: *Heidelberg d. 8. Febr. 1807. Sie haben mir mit Ihrem Brief.* Explicit: *will's Gott, noch in diesem Jahr erhalten.* Donatio Welcker.

696 (316, 20) 4° Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 163 formae diversae.

Georgi Ludol. Disseni ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1816—1837. Incipit: *Göttingen d. 19 Febr. 1816. Wohlgeborener Herr!* Explicit: *Eilig. Dissen.* Donatio Welcker. Conf. n. 683.

697 (316, 19) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 583 formae diversae.

Eduardi Gerhardi ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1822 usque ad mortem Gerhardi; multas Gerhard manu propria non scripsit, cum scribae cuiusdam ope usus, tum manu uxoris, cuius et ipsius occurrunt nonnullae epistulae suo nomine ad Welckerum scriptae. Incipit: *Prag 30 Aug. (18)22. Der freundlichen Mahnung.* Explicit: *Andenken bewahren Ihrer herzlich ergebenen E. Gerhard.* Donatio Welcker. Conf. n. 684.

698 (316, 27) 4° Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 170 formae diversae.

Friderici Iacobsii ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1810—1844. In fine addita est epistula R. Friedlaenderi, bibliopolae Berolinensis, ad Welckerum de edendis

Iacobsianis reliquiis litterariis. Incipit: *Gotha 29 Dec. 1810 Ihren Brief, mein verehrtester.* Explicit: *Ergebenster R. Friedlaender, Buchhändler. Kurstrasse 50.* Donatio Welcker.

699 (316, 24) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 18 formae diversae.

Caroli Odofredi Muelleri ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1823—1839. Incipit: *MHTHPMAPKIANOY.* Explicit: *Mit herzlicher Ergebenheit der Ihrige C. O. Müller.* Donatio Welcker.

700 (316, 22) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 64 formae diversae.

Theodori Panofkae ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1828—1846; addita est una epistula F. R(itschelii) ad Welckerum de re quadam inter Welckerum et Panofkam acta. Incipit: *Herrn Prof. Welcker in Bonn.* Explicit: *Berlin den 1 Juli 46. Th. Panofka.* Donatio Welcker.

701 (316, 28) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 68 formae diversae.

Friderici Guilel. Schneidewini ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1833—1853. Incipit: *Helmstedt 10 Jan. 1833. Wohlgeborener Herr.* Explicit: *in gutem Andenken Ihren F. W. Schneidewin.* Donatio Welcker.

702 (316, 29) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 209 formae diversae.

Conradi Schwenckii ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1813—1863; additae sunt epistulae tres Frid. G. Schwenck, Conradi filii, post patris mortem ad Welckerum missae, et quattuor aliorum (Balseri Gissensis, Rumpfii, Voemelii, Schaefferi Moenofrancofurtanorum) de rebus Conradi Schwenck. Epistulae nonnullae latine scriptae sunt. Incipit: *Welckero praeceptori carissimo.* Explicit: *ergebensten Schaeffer (Sachsenhäuser Wall Oa I).* Donatio Welcker.

703 (316, 33) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 50 formae diversae.

Epistulae ad Welckerum missae. a) Fol. 1—19 Epistulae comitis Solms-Laubach, primi curatoris universitatis Bonnensis, scriptae annis 1813—1820. Incipit: *Wohlgeborener hochgeehrter Herr Professor, Ew. Wohlgeb. bin ich.* Explicit: *ganz ergebensten Diener E. G. S. Laubach.* — b) Fol. 20—50 Epistulae liberi baronis H. F. ab Stein, scriptae annis 1823—1829. Incipit: *Frankfurth d. 25 Maerz 1823.* Explicit: *ganz Ergebenster H. C. v. Stein.* Addita est schedula impressa mortem Henrici Fr. de Stein indicans. Donatio Welcker.

704 (316, 26) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 167 formae diversae.

Georgi Thudichumii ad Welckerum epistulae, scriptae annis 1816—1868. Incipit: *N-Moxstadt d. 1 Oct. 1816. Wie mit den imer werthen.* Explicit: *Deinem treuen Freunde G. Thudichum.* Donatio Welcker.

705 (316, 39) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 99 formae diversae.

Anglorum ad Welckerum epistulae. Scriptores sunt: Samuel Birch, Edward Falkener, I. Millingen, William Mure, Charles Newton, C. Thirlwall, James Yates. Incipit: *3 April 1851. My dear Sir.* Explicit: *With sincerity yours, James Yates.* Donatio Welcker.

706 (316, 40) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 168 formae diversae.

Belgarum Danorum Hollandorum Italorum ad Welckerum epistulae. Scriptores sunt: Félix Néve, I. Roulez, A. Wagener; P. O. Brondsted, F. T. Ch. Munter; I. Geel — cum apographo epistulae Welckeri ad Geelium — Ph. G. van Heusde, L. I. F. Ianssen, C. I. C. Reuvens; F. M. Avellino, L. Canina, Charles Conestabile, Agostino Gervasio, Giulio Minervini, Serradifalco — una cum Gerhardi epistula. Incipit: *Monsieur, J'ai reçu à la fin.* Explicit: *Serviteur Duc de Serradifalco.* Donatio Welcker.

707 (316, 38) 4° Codex chartaceus saeculi XIX non compactus foliorum 254 formae diversae.

Francogallorum ad Welckerum epistulae. Scriptores sunt: I. I. Ampère, H. Bonar, V. Cousin, P. F. Dubois, M. de Fresne, I. D. Guigniaut, Fél. Lajard, Ch. Lenormant, I. A. Letronne, D. Albert de Luynes, Raoul Rochette, I. de Witte. Incipit: *Cher et honoré Confrère M. le Comte.* Explicit: *Rue de Faubourg St Honoré à Paris.* Donatio Welcker.

708 (104ᵛ c) **fol.** Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 36.

Georgi Zoegae epistulae ad patrem datae usque ad 18 Dec. 1782 et patris ad fratrem (Georgi patruum) usque ad 17 Feb. 1783; apographum est. Incipit: *Altona 22 Mai 1772.* Explicit: *zufrieden sey.* In folio praefixo Welckeri manu scriptum extat: *Briefe von Zoega abgeschrieben durch den Etatsrath Nissen.* Welckerus donavit.

709 (104ᵛ d) 4° Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 75 formae diversae.

Georgi Zoegae epistulae ad patrem fratresque datae usque ad 21 Nov. 1807, additae sunt nonnullae patris; est apographum. Incipit: *Napoli 3 Mai 1783.* Explicit: *Genug hiervon. Ende.* In folio praefixo Welckeri manu scriptum extat: *Briefe von Zoega theils von Nissen theils von Zoegas Bruder abgeschrieben.* Welckerus donavit.

710 (104ᵛ b) 4° Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 69.

Georgi Zoegae epistulae ad F. Ch. H. Munterum datae; apographum est. Incipit: *Deutsch geschrieben sind.* Explicit: *Töchter 200 Rthlr bestimt.* In folio praefixo Welckeri manu scriptum extat: *Briefe von Zoega an Münter. Abgeschrieben von dem Etatsrath Nissen.* Welckerus donavit.

711 (104ᵛ a) 4° Codex chartaceus saecul. XVIII et XIX foliorum 510 formae diversissimae.

Georgi Zoegae epistulae et ab eo ad alios et ab aliis ad eum missae; praemittitur notitia pueritiae et iuventutis Zoegae. Epistulae a Zoega scriptae maximam partem autographae sunt, nonnullarum apographa extant. Incipit: *Georg Zoëgas Kindheit u. Jugend.* Explicit: *Ihr treuer Heinrich Voss.* Quae sit ratio inter hunc codicem et librum a Welckero editum: *Zoega's Leben. Sammlung seiner Briefe u. Beurtheilung seiner Werke. Stuttgart u. Tübingen, Cotta 1819. 2 voll. 8°,* Welckerus ipse fol. 498 his verbis monuit: *Viel ist in dem abgesetzten M(anu)s(crip)t durchstrichen aber noch lesbar, was den Druck ergänzt.* Welckerus donavit.

B*

LIBRORVM THEOLOGICORVM APPENDIX

(Conf. nn. 263—396)

I

BIBLIORVM LIBRI. ISAGOGE. OBSERVATIONES

(Conf. nn. 263—278)

712 (151) **fol.** Codex chartaceus saeculi XV foliorum 423 inscriptionibus litterisque initialibus rubris et caeruleis picturisque ornatus, columnis duabus scriptus, folia 1—4 valde lacerata sunt, 11—16, 325—329, 334—336 vacua sunt. Insunt:

a) Fol. 1—324 Narrationes e bibliis sacris lingua Germanica, inter CCCCXXXV^{am} et CCCCXXXVI^{am} narrationem inserta est versio psalmorum cum aliis quibusdam canticis. Incipit fol. 17 praemisso indice capitum: *Richer got von himelrich.* Explicit: *herren han amen Hie hat dis buch ein ende amen.* b) Fol. 330—423 Inscriptio: *Hie vohet sich an des buches capitel das do saget von der nuwen Ee vnd ist mit den figuren gemolet.* Incipit praemisso indice capitum fol. 338: *Maria muter.* Explicit: *vnd der heylige geist Amen.* Raptus erat liber a Francogallis.

713 (314, 38) 8° Museum für Religionswissenschaft von H. Ph. K. Henke II. 4. 1805. Pag. 684 sqq. exhibentur: Die Elegien des Jeremias übersetzt von D. G. F. Welcker. Correxit manu sua Welcker versionem notasque in marginibus adscripsit. Donatio Welckeriana vid. pag. 162.

714 (213a) **fol.** Codex membranaceus saeculi XIII foliorum 130.

Euangeliarium praemissis duodecim foliis exhibentibus iuramenta praepositi, decani, canonicorum, vicariorum, secretarii, officiantis altaris, pastoris, aliorumque officiatorum ecclesiae s. Cuniberti Coloniensis. Incipit: *Iuramentum prepositi. Ego.* Explicit: *verbum dei et custodiunt illud.*

715 (314, 2) 8° Philologisch-exegetischer Clavis über das neue Testament für Akademien. Von J. E. Ch. Schmidt fortgesetzt von G. F. Welcker. Zweyten Theils zweyte Abtheilung. Die katholischen Briefe und der Brief an die Hebräer. Giessen, 1805 G. F. Heyer. 8°. In marginibus Welcker pauca adscripsit. Donatio Welcker.

716 (156) 4° Conlectio scriptorum variorum epistularumque T. Sarum, episcopi Sarisberiensis: a) Remarks on the General Tenour of the New Testament. Regarding the Nature and Dignity of Jesus Christ. By the Bishop of Salisbury. Salisbury:

Brodie and Co: 1831. 8°. — b) Appendix on Sir Isaac Newton's Suppression of his Dissertation on I. John V. 7, and I. Tim. III. 15; and on the Evidence of a Greek ms. at Venice, which contained the Controverted Verse of St. John. 8°. — c) Postscript de I. Io. V, 7. Salisbury: Brodie & C. 4°. — d) Eiusdem appendicis on Sir J. Newton's Suppression of his Dissertation on I. John V. 7 and I. Tim. III. 15 editio alia. Salisbury: Brodie & C. 4°. — e) Remarks on a Passage in the Philopatris of Lucian, quibus additur: A Continuation. — f) An Introduction to the Controversy on the Disputed Verse of St. John, as Revived by Mr. Gibbon. 4°. — g) Quinque epistulae ad J. M. Aug. Scholzium datae de I. Ioan. V. 7. Exceptis duabus ultimis epistulis haec omnia typis impressa sunt, sed passim additamenta manu scripta autoris exhibentur. I. M. Aug. Scholz donauit.

717 (134ᵛ) 4° Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 19.

Benjamini Kennicott, professoris Oxoniensis epistulae ad Aug. Frid. Guil. Sack Berolinensem annorum 1758—1765. Agitur de codicibus mss. Hebraicis ad editionem veteris testamenti Kennicottianam (1776—1780) comparandam conferendis. Incipit: *Rev. Sir, Your Son.* Explicit: *Serv. B. Kennicott.* K. H. Sack a. 1863 donauit.

II

SCRIPTORES ECCLESIASTICI

(Conf. nn. 279—327)

718 (76b) 4° Codex chartaceus saeculi XV foliorum 173, linearum 23, litteris initialibus rubris optime scriptus.

Bedae Venerabilis interpretationes nominum Hebraicorum — conf. operum Bedae editio. Basiliensis 1563, tom. III p. 498 sqq. — Inscriptio: *Incipiunt interpretaciones hebraicorum nominum secundum ordinem alphabeti.* Incipit: *Aac apprehendens.* Explicit: *consiliatores eorum.* Subscriptio: *Finiunt interpretaciones hebraicorum nominum ordinem alphabeti Laus deo.* Fuit *codex monasterii piissime virginis Marie in Euertzclusen ordinis Canonicorum regularium Treuerensis diocesis;* raptus erat a Francogallis.

719 (197) **fol.** Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 297 litteris initialibus rubris columnis duabus scriptus.

Expositio venerabilis magistri Roberti Holkot super librum sapientiae. Praemissis duodecim foliis indicem exhibentibus incipit: *Dominus petra mea et robur meum.* Explicit: *viuit et regnat in secula seculorum amen.*

720 (120c) **fol.** Codex chartaceus saeculi XV foliorum 152 litteris initialibus rubris binis columnis bene scriptus.

Aluari Pelagii Hispani speculum regum cum epilogo quattuor virtutum cardinalium, praemissa est tabula capitum. Inscriptio: *Incipit speculum regum editum a fratre Aluaro yspano de ordine minorum episcopo Siluensi decretorum eximio professore.* Incipit: *In nomine domini nostri.* Explicit: *Datum Colimbrie III die Junii. Explicit.* Acquisitus est liber a. 1821 e bibliotheca gymnasii Confluentini.

721 (119a) 4° Codex chartaceus saeculi XV foliorum 145.

Liber miscellaneus. a) Fol. 1—37 Liber de quattuor virtutibus cardinalibus. Inscriptio: *Breuiloquium philosophorum.* Incipit: *Quoniam misericordia et veritas custodiunt regem.* Explicit: *perducat eternus deus amen.* Subscriptio: *Explicit liber de quator virtutibus cardinalibus seu breuiloquium philosophorum. Sequitur tabula.* — b) Fol. 38—90 Cyrilli apologeticus. Inscriptio: *Quadripartititus apologiticus cirilli episcopi.* Incipit: *Secundum aristotilis sententiam.* Explicit: *Et hiis dictis quieuit.* Subscriptio: *Explicit Quadripartitus apologiticus beati cirilli episcopi in quo quidem speculo limpidissimo omnis sapiencia claret in laudem eterni dei. Sequuntur registra huius operis et primo libri primi.* — c) Fol. 92—118 Petri Alphonsi liber de clericali disciplina, additur conlectio exemplorum. Incipit: *Dixit petrus adelphonsus christi ihesu seruus compositor huius libelli Gracias ago deo.* Explicit: *et talis videtur sibi filius. Explicit.* Subscriptio: *Per me Gerardum de Siegen Clericum in Euerhartzclusen anno domini 1467. Oretur pro eo propter deum. Deo gratias.* — d) Fol. 119—145 Tractatus de daemonibus. Incipit: *Utrum sicut substantias demonum naturaliter.* Explicit: *propabiliter possunt praesentire.* Liber fuit *monasterii beate marie virginis in euerhartzclus ordinis canonicorum regularium Treuirensis dyocesis,* raptus erat a Francogallis.

722 (169b) **fol.** Codex chartaceus saeculi XV foliorum 180.

Tractatus et sermones varii theologici — Augustini, Bernardi Claraeuallensis, Hugonis de s. Victore, Ioannis Chrysostomi: de naturis bestiarum (conf. n. 731d) — Prosperi Aquitani, all. — Incipit: *Per cottidianam experientiam.* Explicit: *sine manuum iniectione.* Liber fuit monasterii s. Petri in Dalheim dioecesis Paderborniensis ordinis canonicorum regularium, nunc misere laceratus et aqua maximam partem pessumdatus est.

723 (228b) 4° Codex chartaceus saeculi XVI foliorum 238.

Liber miscellaneus; insunt: a) Fol. 1—71 Inscriptio: *Dit boec es gheheeten Sinte Iheronymus sterf boeck.* Incipit: *Dat beginsel der epistelen.* Explicit: *die Du nv besittes amen.* — b) Fol. 71—88 Inscriptio: *hier beghint die epistole die sinte augustyn die hoghe leerare daer hi in ghescreuen hadde die grootheit sinte Sinte Iheronymus en die hi sinde sinte Cyrillus die de ander bisscop was te iherusalem.* Incipit: *Eerlyke vader Cyrille.* Explicit: *synder begherten. hier indet sinte augustyns epistelen.* — c) Fol. 88—148 Inscriptio: *Hier beghint die epistole die sinte cerillus die biscop van iherusalem sinte augustine sende den hoghen leerrare van den myraculen sinte iheronymus des hoghen leerraers.* Incipit: *Enen eersamenghen man.* Explicit: *die gloriose Iheronymus Amen.* Conf. n. 315. — d) Fol. 148—238 Inscriptio: *Hier beghint tsinde Katherinen van senis leuen.* Incipit: *Het was een man.* Explicit: *God sy gheloest altoest Ghescreuen int iaer ons heeren dusent vijf hondert ende seuenne op onser lieuer vrouwen assumptie auont.* Raptus erat liber a Francogallis.

724 (119c) **fol.** Codex chartaceus saeculi XV foliorum 144, diuersis manibus scriptus, litteris initialibus rubris.

Liber miscellaneus; insunt: a) Hortus virtutum capitalium. (fol. 1—20); — b) (Ioannis Lemouicensis) Somnium morale Pharaonis. (fol. 20—31); — c) Controuersia de nobilitate et in quo consistat nobilitas. (fol. 31—36); — d) Synonyma Isidori episcopi Hisp. (fol. 37—50); — e) Ciceronis Cato maior. (fol. 51—60); — f) Alani de

planctu naturae. (fol. 61—89); — g) Tractatus de septem statibus mundi. (fol. 90—96); — h) Summa perfecte dictandi. (fol. 97 sqq.). Incipit: *Incipit ortus virtutum capitalium primum quod beatitudo non concurrat in rebus mundi siue humanis. Cupientibus cunctis vt.* Explicit: *fons bonitatis. Explicit candelabrum dictaminis.*

725 (120 b) 4° Codex chartaceus foliis membranaceis intermixtis saeculi XVI foliorum 304, litteris initialibus rubris, columnis duabus scriptus.

Liber miscellaneus; insunt: a) Fol. 1—18 Iacobi de Cetulis liber super ludo skakorum. Inscriptio: *Incipit prologus in librum compositum super ludo scakorum de moribus hominum et officiis nobilium.* Incipit: *Multorum fratrum ordinis nostri.* Explicit: *si ludi lusum morum conuertat ad usum.* De formis variis nominis auctoris huius libelli vid. A. v. d. Linde, Geschichte u. Litterat. d. Schachspiels I. Beilagen pag. 19 sqq. — b) Fol. 18—22 Scripta minora. (sermo de dedicatione — in anuntiationem beatae virginis — al.) — c) Fol. 23—81 Theoduli ecloga cum commentario et notis interlinearibus (conf. editionem A. A. Beckii pag. 22 sqq.). Incipit: *Ethiopum terras.* Explicit: *recessum solis Explicit theodorus in textu.* — d) Fol. 83—103 Varia scripta minora (miracula de diuersis materiis — liber fabularum — de sanctissimo sacramento — sermones). — e) Fol. 104—304 Inscriptio: *Incipit postilla super prouerbia salomonis a fratre thoma anglico ordinis fratrum predicatorum compilata.* Incipit: *In absconditis parabolarum conuersabitur.* Explicit: *congregauit in unum. Amen. Deo gratias.* Subscriptio alio atramento: *Conradus Wubberdungk de Ryntellenn Schomburg. a. 1526.* Sequitur *Registrum huius libri.* Liber fuit bibliothecae academicae Duisburgensis.

726 (142) 4° Codex chartaceus saeculi XV foliorum 390, columnis duabus scriptus.

Liber miscellaneus; insunt: a) Fol. 1—340 Glossa super Dauidis psalmos. Incipit: *Circa initium huius libri sex sunt.* Explicit: *miraculis et dissipabis eos.* — b) Fol. 341—349 Tractatus de poenitentia. Incipit: *Emendemus in melius quod ignorantur.* Explicit: *per que venialia pono.* — c) Fol. 349—364 Speculum ecclesiae compositum a fratre Hugone de sancto victore. Incipit: *Dicit apostolus ad ephesios.* Explicit: *imperium sit per omne seculum amen.* — d) Fol. 365—376 Historia spiritus Guidonis defuncti. Incipit: *Sicut dicit beatus augustinus in libro de fide.* Explicit: *regnat in seculorum secula amen. Et sic est finis hystorie gvidonis.* — e) Fol. 377 usque ad finem varia scripta minora: Theobaldi de erroribus Iudaeorum (vid: Io. Christoph. Wolfii bibliothecae Hebraeae vol. IV, pag. 556) — de salutatione matris domini — de aurea sagitta — quaestiones discipuli ad magistrum de deo et omnibus per eum creatis; conf. n. 731 e.

727 (179ᵛ) 4° Codex chartaceus saeculi XV foliorum 18, columnis duabus scriptus, litteris initialibus et inscriptionibus rubris.

Bernardi homiliae. Sermo de assumtione Mariae. a) Fol. 1—15 Homiliae quattuor beati Bernardi abbatis. Incipit: *Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilee.* Explicit: *cui hoc meum qualecunque opusculum deuotissime destinaui.* — b) Fol. 15—18 Inscriptio: *Sermo pulcher de assumptione gloriose virginis Marie.* Incipit: *Que est ista que ascendit deliciis affluens.* Explicit: *quam operatus est Amen Deo gratias.*

728 (247ᵛ) 4° Codex chartaceus saeculi XIV foliorum 23 litteris initialibus rubris.

Henricus de Hassia super orationem dominicam et aue Maria. a) Fol. 1—14 Inscriptio: *Expositio venerabilis magistri henrici de hassia super orationem dominicam.* Incipit: *Reuerendo in christo patri ac domino.* Explicit: *subueniente ipso amoueamus Amen.* Subscriptio: *Explicit expositio venerabilis Magistri henrici de hassia super orationem dominicam.* — b) Fol. 14—20 Inscriptio: *Incipit expositio eiusdem super Aue maria.* Incipit: *Aue maria. Procul dubio.* Explicit: *exhibite diuine miserationis.* Subscriptio: *Explicit expositio super Aue maria Reuerendi Magistri henrici de hassia.* — c) Adiectae sunt Fol. 20—23 sed alia manu scriptae Richardi de s. victore expositio super orationem dominicam et expositio super Aue Maria.

729 (120 a) 4° Codex chartaceus intermixtis foliis membranaceis saeculi XV foliorum 242, quorum nonnulla vacua sunt.

Liber miscellaneus partim prosa partim metrica oratione scriptus. Insunt: de viro completo seu perfecto — de nomine Jesu — epistulae Petri Blesensis — Bernhardus de praecepto et dispensatione — speculum deuotionis virginis Mariae — de laudibus virginis Mariae — varii tractatuli theologici. Incipit: *De viro completo.* Explicit: *vt nos idem faciamus.*

730 (200ᵛ) **fol.** Codex chartaceus saeculi XV foliorum 238; folia 7—11 et 146—148 vacua sunt.

Liber miscellaneus; insunt: a) Fol. 1—145 Henrici de Montabour (?) sermones fragmento alio praemisso, Incipit: *Hec est dies quam fecit.* Explicit: *aliquid de eo. Et sic est finis.* — b) Fol. 149—223 Tractatus de trinitate et fide catholica. Incipit: *Firmiter credimus.* Explicit: *indiuidua in secula seculorum benedicta amen.* Subscriptio: *Explicit lectura ..... de summa trinitate et fide katholica completa in studio Heydelbergensi per conradum de zoltau sacre theologie doctorem anno domini 1388 die 19 mens. april. amen.* — c) Fol. 224—238 Liber Lotharii de vilitate condicionis humanae. Incipit: *Domino patri karissimo P. dei gratia.* Explicit: *malignissimi proditores.* Subscriptio: *Explicit liber lotharii leuite cardinalis de vilitate condicionis humane qui lotharius postea Innocencius papa tertius dictus. deo gratias. Amen, amen, amen.* I. Henr. Achterfeldt ad parandam Innocentii libelli editionem Bonnae 1855 codice nostro non usus est.

731 (247 b) 4° Codex chartaceus saeculi XIV foliorum 177.

Liber miscellaneus; insunt: a) Fol. 1—39 Sermones in festis diebus domini et sanctorum. Incipit: *Ecce aduentus domini ecce tempus.* Explicit: *usque ad generalem resurrectionem distulit.* — b) Fol. 40—55 Statuta prouincialis concilii Treuirensis a. MCCCX. Inscriptio: *Nota Statuta prouincialia Treuirensia.* Incipit: *In nomine domini amen Ista sunt.* Explicit: *et nobis nisum fuerit expedire.* — c) Fol. 56—138 De festiuitatibus et sanctis. Incipit: *Dicto de festiuitatibus quae occurunt.* Explicit: *funera propriis manibus contrectabat.* — d) Fol. 143—151 (foll. 139—152 vacua sunt) Inscriptio: *Incipit physiologus de naturis animalium.* Incipit: *Igitur iacob benedicens filium.* Explicit: *vnitatemque concurrentes possint inueniri.* Subscriptio: *Explicit liber phisiology.* conf. n. 722. — e) Fol. 151—175 Elucidarius. Quaestiones discipuli ad magistrum de deo et omnibus per eum creatis. Incipit: *Sepius rogatus a condiscipulis.* Explicit: *Omnes namque impii in necem domini consenserunt.* conf. n. 726. Impressum habes hunc dialogum in S. Anselmi Cantuariensis operum editione II Gabrielis

Gerberon, Lutetiae Parisiorum 1721 pag. 457 sqq. — f) Fol. 175—177 Hie hebet sich an eyn boech daz da saget van dem wunderlichen burnen vnd van dem wonderlichen wondermenschen. Incipit: *Di beche intspringen van dem burnen.* Explicit: *Und der krop ist als eyn kroich vnd als eyn kurbicz.* Subscriptio: *Et sic est finis huius libri.*

732 (155) **fol.** Codex chartaceus saeculi XV foliorum 145, rubris litteris initialibus. Sermones de euangeliis a dominica II aduentus usque ad dominicam V post pascha; praemissa sunt quinque folia tractatulos de studio et lectione sacrae scripturae alia manu scriptos continentia; initium et finis sermonum deest. Incipit: *Seneca multorum ait auctorum.* Explicit: *obtinebitis tum quia ipse pater.*

733 (308 l) 4° Aug. Ferd. Naekii index in Gregorii Nazianzeni carmina indici lectionum Bonnensium hiemis 1836/37 praemissus. In chartis insertis permulta adscripsit auctor. Donatio Naekiana.

III

ANTIQVITATES ET HISTORIA ECCLESIASTICAE. HISTORIA PONTIFICVM ORDINVM RELIGIOSORVM MONASTERIORVMQVE

(Conf. nn. 328—359)

734 (212ᵛ) **fol.** Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 26.

Inscriptio: *Custumale et rentale capituli ecclesiae Coloniensis. No. 151 du catalogue des Manusrits de la Bibliothèque d'Arras. In folio — Cahier couvert avec deux feuillets du digeste sur parchemin — Velin basse qualité — 2 Colonnes — XIII siècle....* Incipit: *Qualiter waringa datur.* Explicit: *Item unus de Saxonia. Arras le 1ᵉʳ décember 1844.* Hoc apographon codicis Atrebatensis e bibliotheca Ferd. Walter emtum est.

735 (211ᵛb) **fol.** Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 87.

Designatio Pastoratuum, Collatorum, Vicariorum, Capellarum, Redituum et Beneficiorum Ecclesiasticorum in Ducatu Iuliae et Montium ex Archiuio Ducali Dusseldorpiensi desumpta. Reuerendissimo, Praenobili ac Amplissimo Domino D. Hyeronimo Bertramo Wolf ex Andernach perantiquae Domûs Canonicae ad Sanctum Antonium Abbatem intra Coloniam Praeceptori Generali, fundi ac feudi Domino in Iunckersdorf et Straesfeldt &c Praesentata per Ioannem Ottonem Hoch ex Eschweiler supra dictae Domûs Seniorem . . . conscripta. Anno 1774. Incipit: *Ducatus Iuliae. Amt Aldenhoven. Aldenhoven Pastoratus.* Explicit: *Zweifel Zürchelenberg.* Subscriptio: *Finis 1774. 16ta Iunii in die Sancti Bennonis Epī.* Raptus erat liber a Francogallis.

736 (211ᵛa) 4° Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 2.

Extractus literarum dotationis Capellarum attinentium ad Ecclesiam parochialem in Kirchberg de a. 1317; additum est initium extractus alius. Incipit: *In nomine sanctae.* Explicit: *welches der Churfürst von Maintz alles prätendiren thut. cet.*

737 (309 V 3) 4° Codex chartaceus saeculi XIX foliorum 315.

Praelectiones theologicae Lipsienses scripsit Aug. Ferd. Naeke. Inscriptio: *Religions- & Kirchengeschichte.* Incipit: *Praeparatio. Auch die allg. Gesch. der Religionen.* Explicit: *ohne Zusatz lassen müsste.* Donatio Naekiana.

738 (314, 10) 8° Ch. W. F. Walchs Grundsätze der Kirchengeschichte des neuen Testaments zweiten Theils erster Abschnitt, welcher die mittlern Zeiten von Gregor dem Grossen biss auf Luthern enthält. Dritte Ausgabe ... von J. Ch. F. Schulz. Giessen, Heyer 1793. 8°. In marginibus et chartis insertis Welckeri notae mss. extant. In folio praefixo leguntur: *Gehört im ersten Halbjahre bei Sup. Schulz. — Der 2. Band kam nicht zum Vortrag.* Donatio Welcker.

739 (269ᵛ) 4° Codex chartaceus saeculi XV foliorum 169, litteris initialibus paginarumque titulis rubris, folium 1 deest, folia 6 et 7 scriptura vacant.

Scripta varia ad concilium Basiliense spectantia. a) Fol. 2 Depositio Eugenii papae IV; titulus paginae: *contra eugenium papam,* incipit abrûpte: *dominico praebeatur ut postquam veritas.* Explicit subscriptio: *die dominica XX decembris CIↃCCCCXXXIX.* — b) Fol. 3—4 Inscriptio: *Epistula ambasiatoris concilii ad concilium de eo quod dux sabaudie consensit in electionem papatus.* Incipit: *Reuerendissimis in Christo patribus.* Explicit: *sicut tantarum rerum iocunditas exposcit.* — c) Fol. 4—5 Titulus paginarum: *Quando Amedeus consensit suscipere papatum scripsit hanc epistulam sacro concilio basiliensi.* Incipit: *Sacrosancte generali synodo Basiliensi In spiritu sancto legitime.* Explicit: *solidare et solidatam defensare dignetur.* Subscriptio: *Scriptum In ede decanali Ripalie XVIIII Nouembris CIↃCCCCXXXIX.* — d) Fol. 8—19 Inscriptio: *Epistula synodalis sacri concilii Basiliensis missa vniuersis christifidelibus post depositionem olim eugenii et electionem sanctissimi domini felicis pape quinti.* Incipit: *Sacrosancta General. synodus Basiliensis.* Explicit: *idus nouembres anno a natiuitate domini CIↃCCCC quadragesimo II.* Subscriptio: *collationata cum originali.* — e) Fol. 20—42 Inscriptio: *Iustificatio sententie per sacrosanctam generalem synodum Basiliensem contra olim Eugenium papam quartum promulgate.* Incipit: *Vt omnibus euidenter constet.* Explicit: *concilio obedientia tenetur Amen. collationata cum originali.* — f) Fol. 42—48 Titulus paginarum: *decretum electionis sanctissimi domini felicis pape quarti.* Incipit: *Sacrosancta generalis synodus.* Explicit: *sollempniter celebrata quarto Kln. martii Anno domini CIↃCCCC quadragesimo.* — g) Fol. 48—113 Inscriptio: *Incipiunt determinationes quatuor vniuersitatum germanie* — Viennensis, Coloniensis, Erfordensis, Cracouiensis — *pro stabilimento sacro sancti Basiliensis concilii et approbatione sanctissimi domini felicis pape V et iusta dampnatione olim eugenii.* Inscriptio altera: *Incipit determinatio alme vniuersitatis wiennensis .....* Incipit: *Circa materiam vnionis quam inierunt* Explicit: *finitum CIↃCCCCXLI.* Subscriptio: *Expliciunt septem conclusiones alme vniuersitatis cracouiensis.....* — h) Fol. 114—121 Inscriptio: *Ludowicus de roma prothonotarius sedis apostolice et orator sac. concilii bas coram domino colon. proposuit.* Incipit: *Reuerendissime pater et princeps.* Explicit: *monitis praesidentis Amen.* Subscriptio: *Explicit sermo exhortatorius ....* — i) Fol. 121—129 Inscriptio: *Propositio facta per reuerendum dominum ludowicum de vrbe .... apud illustrem principem dominum philippum ducem Burgundie Anno domini 1437 die XXVIII Iunii in opido Bruxellensi in Brabantia.* Incipit: *Illustrissime princeps et praepotentissime.*

Explicit: *ad laudem dei omnipotentis Amen.* — k) Fol. 129—136 Inscriptio: *propositio facta bitur(ic)is Anno domini millesimo XXXVIII de mense Iunii coram christianissimo rege francie et praelatis ecclesiam gallicanam representantibus ibi congregatis per organum domini thome de corcellis vnius ex oratoribus sacri Basiliensis concilii ibi pro iustificatione concilii missis.* Incipit: *Ingentissimam consolationem.* Explicit: *concilii in francia iustificare.* — l) Fol. 137—143 Inscriptio: *Anno domini CIↃCCCCXXXVIII postquam coram rege francie et praelatis in Bitur(ic)is congregatis propositiones tam ex parte concilii Basiliensis quam domini pape eugenii facte fuissent . . . . . pro parte sacri concilii per organum magistri thome de corcellis . . . . extitit rursum ut infra sequitur.* Incipit: *Illustrissimi principes et vos.* Explicit: *conciliorum impugnare videbatur. Amen.* — m) Fol. 143—146 Inscriptio: *Sermo magistri Iohannis de mechelina habitus colonie coram Serenissimo domino frederico romanorum rege . . . . post ipsius coronationem.* Incipit: *Veni Auster perfla.* Explicit: *imperator deus in secula benedictus Amen.* — n) Fol. 146—147 Inscriptio: *Collatio eiusdem in francfordia.* Incipit: *Da mihi regem.* Explicit: *viuit et regnat Amen.* — o) Fol. 148—150 Inscriptio: *De potestate vniuersalis ecclesie supra papam breuissima exhortatio facta per ludowicum de roma prothonotharium in generali congregatione concilii bas.* Incipit: *Omnipotentis dei postulato suffragio.* — p) Fol. 150—152 Inscriptio: *Ad ostendendum quod concilium generale . . . . claues a christo ligandi et soluendi acceperit . . .* Incipit: *Primo In synodo Nycena.* — q) Fol. 153—157 Inscriptio: *Questio per reuerendum . . . ludowicum de roma . . . . An ad depositionem pape incorrigibilis procedi possit.* Incipit: *Questio discutienda est.* — r) Fol. 158—159 Inscriptio: *CIↃºCCCCºXLIX de renuntiatione domini felicis.* Incipit: *Die VII Aprilis dominus felix renuntiauit.* — s) Fol. 160—169: Inscriptio: *Magister bartholomeus prior cathusie in ruremunda contra eugenium papam.* Incipit: *Requisitus vt sententie.* Liber fuit *monasterii In heisterbach scriptus per fratrem albertum.*

740 (219 c) **fol.** Codex chartaceus saeculi XVII et XVIII foliorum 336.

Ertzstifts Cöllen geistliche Sachen und mit denen Nuntiis gehabte Irrungen. Incipit: *Verzeichnus deren in diesem einband vorhandener Ertzstiftischer Cölnischer sachen.* Explicit: *se nouerit incursurum. Datum Roma apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Domini MDVII. septimo Idus Ianuarii pontificatus nostri anno V.* Huic documentorum conlectioni, cuius momentum ad historiam quod pertinet regionum Rhenanarum ecclesiasticam haud ita paruum est, fasciculus foliorum 78 additus est, qui exhibet deductiones typis expressas manu scripta documenta inlustrantes. Emtus est liber a. 1862.

741 (98 c) 4º Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 186, folia quinque ultima scriptura vacant.

Gerhardi Kleinsorge diarium historiae Trucksesianae. Inscriptio: *Diarium Historiae Truckesianae Das ist Warhaffte Historische Beschreibung wass von Gebhardi Truckses gewessenen undt abgesetzten Ertzbischofen zu Cölln, sonderlich in Westphalen sich von Tage zu Tage zugetragen, Durch . . . . Gerhardten Kleinsorgen . . . . der zu dero Zeit gelebt schrifftlich verfasset Undt durch . . . . Ioannem Ungssbeck . . . . Pastoren zu Werll aufgesucht Endlich durch . . . . Nicolaum Engell . . . . abgeschrieben. geEndiget Wedinghaussen Im Jahr 1672. den 11ten sept.* Incipit: *Gründtlicher undt wahrhaffter Bericht.* Explicit:

philips Wolff gerdt pentling und andere Endt. Hoc exemplar vetustius esse videtur meliusque exaratum est, quam illud quod supra n. 337 descriptum est.

742 (99a) **fol.** Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 768, quorum permulta vacua sunt.

Conlectio documentorum tum originalium tum apographorum historiam Treuirensem annorum 1718—1728 inlustrantium. Incipit: *Ahns Dhombcapitul zu Trier.* Explicit: *Wilhelm Hill Deputatus Palatinus.*

743 (300c) 8° Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 132, quorum sat multa vacua sunt.

Tractationen Buch. Inscriptio: *Nahmen derren Tractationen dass Jahr hindurch anno 1767.* Incipit: *Januarii Ney Jahr dag.* Explicit: *Kleyne Brüzell 26 Stück.* Exhibet liber ordinem ciborum per annum; adduntur praecepta aliquot peculiaria certis diebus festiuis obseruanda; fuisse videtur codex collegii Iesuitarum Coloniensium.

744 (288v) **fol.** Codex chartaceus saeculi XVII foliorum 232.

Miscella praecipue ecclesiastico-historica ex reliquiis D. V. de Vidaniae. Insunt epistulae, relationes, poemata, libellique typis expressi diuersissimi argumenti; multa manu Vidaniae scripta sunt. Incipit: *In questo tomo.* Explicit: *Cap. 10. Argumentum. De Agricolis, et eorum Priuilegiis.* Fridericus Bluhme donauit.

745 (94c) **fol.** Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 151.

Miscellanea ex variis Authoribus otii gratia excerpta conscripta ab Ottone Hoch ex Eschweiler Ducatus Iuliacensis ad Sanctum Antonium Abbatem intra Coloniam Canonico Capitulari 1761. Incipit: *1549 wurden in der gantzen Welt.* Explicit: *muss die Zeit belehren.* Pleraque ad historiam ecclesiasticam regionum Rhenanarum spectant.

IV

VITAE SANCTORVM ET MARTYRVM. THEOLOGIA DOGMATICA MORALIS POLEMICA. LIBRI RITVALES ET PRECVM. MISCELLANEA

(Conf. nn. 360—396)

746 (247c) 4° Codex chartaceus saeculi XIV foliorum 229, quorum sat multa vacua sunt, diuersis manibus scriptus.

Liber miscellaneus; insunt: a) Meditationes et sermones (fol. 1—160) de passione Christi, de visitatione, assumptione, conceptione Mariae all. — b) Legendae sanctorum; (fol. 161—199) Seueri, Andreae, Barbarae, Odiliae, Stephani, Ioannis euangelistae, Gertrudae, Mariae Egyptiacae, Allexii, Christophori, Cornelii et Cypriani, Erasmi, Eustachii. — c) praecepta et institutiones de sacramentis all. (fol. 200 sqq.) Incipit tabula contentorum praemissa: *Attendite et videte si.* Explicit: *virginis Mariae aqua et pane.* Fuit liber monasterii Carmelitorum Babardiensium.

747 (104a) 4° Codex chartaceus saeculi XV foliorum 14.

Articuli seu Examinatio doctoris Wesa(lie) — Ioannis Wesseli — Incipit:

Anno domini CIↃCCCC septuagesimo nono die octaua. Explicit: *prodere videntur;* multum differt ab *examine contra Iohannem Wesaliensem* quod typis expressum extat apud Orthuinum Gratium in fasciculo rerum expetendarum ac fugiendarum edit. 1535 fol. 164 sqq.; addita est in codice nostro examinationi *epistula* quam *scripsit doctor Wesalia Gratioso domino Reynhardo episcopo Wormatiensi.*

748 (234) 4° Codex chartaceus saeculi XVIII foliorum 105.

